~~H = k = 16~~

RQ - 2 - 8

~~74.~~

~~G. 2. 9.~~

# *JOHANNIS SELDENI* Angli
## Liber de NUMMIS.
*IN QUO*
Antiqua pecunia Romana & Græca metitur precio ejus, quæ nunc eſt in uſu.

*Hinc Accedit*
## BIBLIOTHECA NUMMARIA,
SIVE
*Elenchus Auctorum, qui de antiquis Numiſmatibus, Hebræis, Græcis, Romanis; necnon de Monetis, ponderibus, & menſuris, ad hunc uſque annum ſcripſerunt.*



*LONDINI,*
Proſtant venales apud *Moſem Pitt*, ad inſigne *Angeli* in D. *Pauli* cœmiterio. M. DC. LXXV.

m r

# Imprimatur,

*C. Smith, R. P. D. Epiſcop. Lond. à ſacr. domeſtic.*

April. 10. 1675.

# Lectori.

CUm haud ita pridem, in amici cujuſdam Bibliotheca excutienda, D. *Pittius* Bibliopola eſſet occupatus: incidit ex-inſperato in hunc libellum Cl. *Seldeni*, τȣ̃ μακαρίτȣ, non antea in lucem editum. Quem poſtquam avidis pauliſper inſpexerat oculis, rogavit mutuum, quò typis mandaret; lætuſque ſtatim accepit. Acceptum ſummo *Angliæ* Juſtitiario D. *Mathæo Haleſio* Equiti aurato, Teſtamenti utpote *Seldeniani* Executori, oſtendit: & factâ imprimendi copiâ, opem à me petiit, ut ἀπόγραφον, malè cum eſſet deſcriptum, quam emendatiſſime prodiret in publicum. Operam ideoque

oque ante omnia contuli, ad revocandum literas fugitivas, mendaque corrigenda; poſtea ita formare mihi curæ fuit, ut minimam lectori crearet moleſtiam. A primo dubitavi, fateor, de *Nypſo*; ſed hunc mihi ſcrupulum exemit *Labbeus*, apud quem paginâ 167. Bibliothecæ M. S. S. hoc nomen occurrit. Parvulo huic tractatui adjunximus, in gratiam Studioſorum antiquitatis nummariæ, bibliothecam, quæ ad illam ſpectat materiam; & unà cum additamentis, catalogum exhibet abſolutiſſimum omnium auctorum, qui de antiquis numiſmatibus, & monetis; necnon de ponderibus, & menſuris, ad hunc uſque annum ſcripſerunt. Hiſce fruere & Vale

*J. H.*

---

# JOHANNES SELDENUS

SIM. DEWES *Equiti Aurato*

Librum de Nummis Meritò conſecrat.

M*Ultum tibi debeo ornatiſſime* Dewes, *beneficiis & benevolentia devinctus. Amore rependo amorem. Sed à te jugiter augente beneficia efficerer ingratus, niſi hæc memoria ea me culpa liberaret.* Ita *habeo, non reddo gratiam. At vide quid egerim; Ad te omnis antiquitatis elegantem, & diligentiſſimum inveſtigatorem vel hinc mitto* Romanam, & Græcam *Pecuniam, redactam ad rationem noſtri æris. Scio aliquot Doctiſſimos homines* Gallos, Italos, & Germanos *ut palæ-*

*ſtricè ſpatiatos eſſe in hoc Xyſto: neminem video ab Olympiis coronam petiiſſe. Ipſe æquationem feci ratione deducta à minimo pondere ſeminis hordei, uſque ad majus talenti, & ex bonitate auri. Quibus ponderibus & bonitate poterunt alii populi eam pecuniam metiri precio æris, quod in uſu habent. Sed Nummarium, leve tamen munus meæ erga te obſervantiæ teſtimonium reddet.*

Ex med. Templ.
Calend. Maii, 1642. **J. S.**

---

# *JOHANNIS SELDENI*
## LIBER DE
# NUMMIS.

LIbræ fuerunt *Latina*, *Attica*, *Græca*.

*Latinam* ex duodecim unciis,

*Atticam* ex ſeptuaginta quinque drachmis faciunt *Priſcianus* in Libro de Nummis, & *Rhemnius Fannius* in carmine de ponderibus: Hancque *Mnan* appellari à *Græcis*, *Minam* à Latinis.

Libram *Græcam*, quam *Euboicam* vocat Herodotus, & centum drachmis conſtituit idem *Fannius*.

Unciam ex octo drachmis:

Drachmam ex tribus Scripulis:

Scripulum ex ſex ſiliquis, vel ex quatuor Lupinis. Sed octo Lentes Scripulum conſtituere falſum eſt apud ipſum *Fannium*: quoniam Semen Lupini eſt ponderis ſex Lenticularum. Itaque rectè ſcripſit *M. Junius Nypſus* in libro de Menſuris ſcripulum eſſe ex octo granis ciceris: Quia ſemen Lupini, & duo grana ciceris æqualia ſunt in pondere: Idem *Junius* non recte tradit ſiliquam continere tria hordea. Nam ſiliqua continet quatuor hordea, quia æquale pondus videmus Lenticulæ, & hordei.

Ergo Scripulum fuit ex viginti quatuor hordeis:

Uncia ex quingentis ſeptuaginta ſex.

Libra *Latina*, quam *Italicam Priſcianus* nominat, ex ſex Millibus nongentis duodecim.

Libra *Attica* ex quinque Millibus quadringentis.

Libra *Græca* ex ſeptem Millibus ducenis.

Ita Libra *Latina Atticam* excedit ſextante ſemuncia, & drachma, & drachma minor fuit, quam *Græca*, ſemuncia.

Nummi potiſſimum in Ære, in argento, & in auro fuere.

Æneum taxari ex pondere, argenteum poteſtatem habere ex numero ænei ſcribit Voluſius Metianus. Aureus vero diſtribuitur in argenteis.

*Romani* nummi fuere

## *Ex ÆRE*

As Libræ pondus teſte *Varrone*:

Triens Tertia pars Aſſis ex quatuor unciis:

Quadrans quarta pars ex tribus unciis: propterea à *Plinio* ali ) nomine dicitur.

Triuncis. Nota Aſſis fuit ex altera parte *Janus Geminus*, ex altera roſtrum navis. In Triente, & Quadrante erant rates.

Dipondium bilibrem referunt *Varro*, *Plinius* & *Priſcianus*.

Grave æs ex denis Aſſibus conſtituit *Sex. Pompeius*.

Primo autem bello *Punico* cum Reſpub. impenſis non ſufficeret, ait *Plinius* conſtitutum, ut Aſſes ſextantario pondere ferirentur, quinque partium facto lucro. Poſtea *Annibale* urgente Aſſes unciales facti *Q. Fabio Maximo*, Dict. Mox ſemunciales Lege *Papyriana*.

Hinc As ſecundus ſextentarii ponderis

Sextans

Sextans appellatur à *Varrone:* & Aſſes Semunciales videntur à *Sex. Pompeio* vocari.

Breves nummos ex Ære, & Triens *Papyrianus* ex quatuor Scripulis.

Sextula nuncupatur à *Varrone.*

## Ex ARGENTO

Nummum *Romæ* primo conflatum à *Servio* Rege refert *Carriſius Grammaticus.* Signatum *Plinio* credimus à *Q. Fabio Coſ.* quinque annis ante primum bellum *Punicum.* à figura cælaturæ dicti fuere

Bigati &

Quadrigati ut aſſerit *Pompeius:* à numero autem æneæ monetæ, cujus precium tenebant,

Seſtertii,

Quinarii,

Denarii, Itaque & *Varro* & *Voluſius* & *Priſcianus* ſcribunt denarium vocari quod denos æris valeret:

Quinarium quod Quinos:

Seſtertium quaſi ſemis tertium: nummum ſcilicet duarum ſemiſſis librarum: & tunc

Libellam *Voluſius* tradit ſeſtertii decimam partem: & Teruncium quadrigeſſimam partem.

Verum quando *Annibale* urgente Aſſes facti fuere unciales, teſte *Plinio* placuit

Seſtertium permutari quaternis Aſſibus,

Quinarium Octonis,

Denarium ſexdecim. Inde Denarium notam XVI. perſcriptam tradit *Voluſius.*

Victoriatus nummus peregrinus, ut idem ait, ex

*Illyrico* adductus Lege *Clodia Romæ* percuſſus, & Victoria ſignatus, tantundem valet, quantum Quinarius.

Sed Nummi nomen commune fuiſſe Seſtertii, Denarii *Cicero*, & *Plinius* indicant. Nam ille modo quinque Millia Seſtertia dicit *Scandilium* adnumeraſſe *Apronio* juſſu *Verris*. *Plinius* verò vænifſe murem ducenis nummis *Caſilinum* obſidente *Annibale* tradit, quos ducentos Denarios appellaverat *Valerius Maximus*. Quare cum *Aſinius Celer* mullum piſcem mercatus fuerit ſeptem, vel octo Millibus Nummûm (hoc *Plinius*, illud tradit *Macrobius*) incertum eſt, ſint ne Seſtertii, an Denarii.

## Ex AVRO

Nummum pòſt annos ſexaginta duos percuſſum, quum argenteus fuerit aſſerit *Plinius*, Ita ut ſcripulum valeret Seſtertiis vicenis: quod efficit in Libra ratione Seſtertii, qui tunc erant, Seſtertios Nongentos.

Aureus Itaque Nummus percuſſus eſt anno urbis DXLII. *Annibale* urgente, quando Aſſes unciales facti: quando placuit Seſtertium Aſſibus permutari.

Sed ſi ſcripulum auri valeret Seſtertiis vicenis, ut Scriptum eſt apud *Plinium*, ſcripula viginti quatuor, quæ ſunt in uncia, efficerent in Libra ter mille & ſeptingentos ſexaginta Seſtertios.

Scripulum vero precii duodecim ſemiſſis Aſſium efficit in Libra Seſtertios Nongentos, ut Librarii pro XIIL̃S. Scripſerunt XXŁŁS. Poſt hæc inquit *Plinius*, placuit quadriginta millia ſignari ex auri Libra.

Tu verò *Dewes* habes aureum nummum *C. Julii Cæſaris* Ter.

Ter. Dict. ponderis ſex ſcripulorum & quatuor ſiliquarum: qui nummus percuſſus fuerit anno urbis DCCVI, Quando *Scipione*, *Afranio* & *Juba* victis, Libertate omnino ſublata, ipſe *Cæſar* tertio conſtitutus fuit Dictator, ſed in decennium & ei Eligendorum Magiſtratuum auctoritas populi attributa. Habes etiam nummos aliorum Principum, & *Domitiani*, ad quem Libros Hiſtoriæ Navalis miſit *Plinius*, ponderis paulatim imminuti. Sed ex pondere tui nummi *Cæſariani*, colligimus potuiſſe ex auri Libra ſignari hujuſcemodi nummos quadraginta tres, ſuper exiſtente etiam ſcripulo, & duabus Siliquis. Idem Numerus fortaſſe fuit apud *Plinium*, facili Lapſu ex XLIII. in XLM.

In *Græcia Julius Pollux* refert nummos

## *Ex ÆRE*

Chalcon Octavam partem Oboli:
Diſchalcon ex duobus Chalcis:
Pentechalcon ex quinque.

Sed Obolo nihil minus *Athenis* dixit *Fannius*: erat Scripulus, ut retulit *Priſcianus* ex *Dardano*. *Pollux* autem conſtituens Drachmam ex ſex Obolis, oſtendit obolum fuiſſe ſemiſcripulum: nominatque Semiobolum ex quatuor Chalcis: & à Numero antiquos nummos

Diobolum

Triobolum, & Tetrobolum: qui inſculptam haberet *Jovis* faciem in altera parte, in altera duas Noctuas: Sicut Trioboli nota fuit *Jovis* facies in utraque parte Dioboli autem noctua.

## Ex ARGENTO

Drachmam *Fannius* fecit ex tribus ſcripulis: *Pollux* ex ſex Obolis: à *Priſciano* nuncupatur

Argenteus, & eſt Drachma *Attica.*

Nam Drachmam *Æginæam*, quam *Athenienſes* magnam dixere, decem Obolis habuiſſe teſtatur idem *Pollux.* Qui &

Didrachmam nominat cujuſmodi

Sicilicus eſt apud *Fannium*, & *Priſcianum.* & apud eundem *Pollucem.*

Bos ex bove inſculpto *Athenienſis*, vel Deliachus nummus.

Præterea ipſe nominat

Tridrachmam

Tetradrachmam: & *Cyrenſium*

Pentadrachmam &

Penteconta-drachmam.

Numiſma *Plutarchus* conſtituit ex centum Drachmis, ſcribens *Tigranem* Seminumiſma dediſſe ſingulis militibus *Pompei*, quas *Appianus* dixit quinquaginta Drachmas.

## Ex AURO

Chryſus, auctore *Polemarcho*, fuit ex pondere Didrachmæ. Quare Semichryſus, quem nominat *Alexandrides*, fuit ex pondere Drachmæ. Statera feciſſe Minam *Græcam* id eſt centum Drachmas ait *Pollux*: & alios Stateras refert

*Dareicos*,

*Phillipeios*,

*Alexan-*

*Alexandreos* :

*Corinthiacos* etiam ex decem Obolis:

Semiſtaterem quoque, &

Tetraſtaterem *Cyrene.*

Sed facile nummos antiquos redigimus ad pecuniam noſtri æris, ubi oſtenderimus

Aurum decuplo præſtantius fuiſſe argento:

Denarium continuiſſe Drachmam, & ſcripulum:

Drachmam Romæ permutatam decem Aſſibus:

Drachmam fuiſſe ponderis noſtri Scuti.

Aurum decuplo præſtantius Argento docet *Pollux* ex auctoritate *Menandri*, qui quod talentum auri appellaverat mox dixerit decatalentum: & docet *Livius*, qui refert Senatum de mille talentis, quæ *M. Fulvius* Nobilior *Ætolis* juſſerat dare populo *Romano* nihil mutaſſe niſi, ſi pro argento aurum dare mallent. Pro argenteis decem dare aurum unum.

Denarium continuiſſe Drachmam, & Scripulum oſtendit pondus Denariorum antiquorum, & indicat *Priſcianus* ex ſeptuaginta duobus denariis conſtituens nonaginta ſex Drachmas: Et ex ſeptuaginta duabus ſiliquis conſtituens tres Denarios, vel quatuor Drachmas. *Livius* etiam Tetradrachmam ſcribit fuiſſe ponderis trium Denariorum. At cum *Plinius* Drachmam *Atticam* Denarii pondus habere dicat: Et cum *Aulus Gellius* Myrias Drachmas, quas poſcebat *Lais*, interpretetur Denariorum decem millia: Intellexere de Denario decuſſi. Ut omnino corrupte Legatur apud eundem *Plinium* tertiam partem Minæ adæquare pondus triginta novem Denariorum. Nam tertia pars Minæ *Atticæ* adæquat pondus viginti quinque Denariorum, qui ſint decuſſes. Et Minæ *Græcæ* tertia pars totidem item Denariorum pondus adæquat, qui eſſent ex ſex-decim Aſſibus.

Drachmam

Drachmam *Romæ* permutatam decim Aſſibus dicitur ex *Plutarcho*, quindecim millibus Aſſibus æſtimante mille quingentas Drachmas.

Drachma eſt ponderis ſeptuaginta duorum ſeminis hordei: hoc eſt ex tribus ſcripulis. Ejuſdem ponderis eſt noſter nummus aureus, quem Scutum appellamus: Et qui permutatur quadrigentis viginti Quatrenis *Venetis*: qui conſtituunt Septuaginta Solidos ſingulos ex ſex Quatrenis. Ex hujuſmodi autem viginti ſolidis facimus Libram. Nam in hac adæquatione ſumpſimus Quatrenos *Venetos* communes omnibus *Italis*.

Igitur ex adæquato pondere Drachmæ, & Scuti, & ex auro decuplo præſtantiore argenteo, Drachma decima pars Scuti valeret ſeptem ſolidis: niſi antiqui nummi aurei in bonitate auri, duabus ferè ex viginti quatuor partibus, quos aurifices appellant Characterers, præſtarent auro noſtri Scuti, quod in bonitate eſt Characterum viginti duorum tantum. Illi enim antiqui nummi ſunt ex auro puro, & Obryzo, ex fluminum ramentis, & arrugia quæſito, quod ſtatim aurum eſt: vel quod in mettallis repertum, & igne perfectum, recoctum profecerit ad bonitatem: Cujuſmodi auri etiam ſunt Ducati, *Ungarici* potiſſimum. Si autem adæquemus aurum noſtri ſcuti ad bonitatem Obryzi: & nummis antiquis recte conſtituemus precium noſtro ære: Et æſtimare poterimus omne aliud aurum, cui inſit argentum vel dena, vel nona, vel octava, vel alia parte. Aurum vero Scuti adæquemus cum Obryzo, ſi unamque ex decem, & octo partibus ipſius Scuti, quas non ſiliquas, aurifices autem Characteres, ſed in pondere dicunt, fingamus eſſe precii viginti ſex Quatrenorum, & ſemis: ſicut ſunt ſingulæ partes Ducati ponderis Drachmæ, & ſiliquæ. Tunc enim Scutus valeret Quatrenis Quadrigentis Septuaginta ſeptem. Hac itaque ratione.

Drachma

Drachma decima pars Scuti in bonitate Obryzi permutatur octo ſolidis, minus tribus ex denis partibus Quatreni.

Obolus ſexta pars Drachmæ octo Quatrenis minus una ex viginti partibus Quatreni:

Chalcus octava pars oboli Quatreno ferè.

Argenteum numiſma ex centum Drachmis conficeret undecim ſcutos, Libram, & Solidos viginti quinque, ex Drachma *Romæ* decem Aſſibus permutata.

Aſſis decima pars Drachmæ adæquaret quatrenos quatuor, & ſeptuaginta ſeptem centenas partes Quatreni:

Triens Quatrenum, & Quinquaginta novem centenas partes:

Quadrans Quatrenum, & decem novem centenas partes.

Denarius ex Drachma, & ſcripulo fuiſſet ex ſexaginta tribus Quatrenis, & ſenis ex decem partibus alterius, ſi Libræ *Attica*, & *Latina* æquales fuiſſent. Sed cum *Latina* *Atticam* excedat ſextante ſemuncia, & Drachma, hoc eſt mille quingentis duodecim hordeis: Hæc dividuntur in ſeptuaginta quinque Drachmis Libræ *Atticæ*, ita, unamquamque Drachmam in Libra *Latina* efficiunt viginti hordeis, & paulo plus majorem, quam ſit in Attica. Quæ hordea in unaquaque Drachma conſtituunt Quatrenos undecim, & quintam partem alterius.

Inde dicimus Denarium ea ratione fuiſſe ex duodecim ſolidis, duobus Quatrenis, & quatuor Quinariis partibus Quatreni:

Quinarium ex ſex ſolidis, Quatreno, & duabus Quinariis partibus:

Seſtertium ex ſolidis tribus, & ſeptenis ex decem partibus Quatreni. Quomodo Quadrans eſt quaſi ſexta decima pars Seſtertii, ut *Voluſius* ait.

Item Libra auri efficiens Seſtertios nongentos fuiſſet ex



Scutis

Scutis quadriginta, Solidis ſexdecim, Quatrenis quatuor.

Nummos vero aureos quadriginta tres in Libra, & ſolidis decem & ſeptem.

Chryſus ex pondere Didrachmæ conficit duos Scutos, & decem novem Solidos:

Stater undecim Scutos, Libram, & ſolidos quinque.

*Dareicus* eſt precii Chryſi. Nam *Xenophon* talentum auri ex tricenis Dareicis dixit eſſe.

*Philippeius*, quem habebat *Jacobus Sadoletus* cardinalis optimus, & doctiſſimus, fuit ponderis trium Drachmarum, totidemque ſiliquarum, hoc eſt trium Ducatorum.

*Alexandreium* conciſum ejuſdem ponderis penè apud ſe eſſe teſtatur *Henricus Glareanus*.

Statera *Corinthiacum* ex decem Obolis, facimus ex tresdecim Solidis, Quatreno, & ſemis. At *Enthymius* refert Statera à *B. Petro* inventum in ore piſcis, fuiſſe ex quatuor Drachmis, hoc eſt ex Libra, Solidis undecim, Quatrenis quatuor, & quatuor quinariis partibus alterius.

Alium Statera fecit *B. Hieronimus* ex viginti Obolis, duplicatum ſcilicet *Corinthiacum*.

*Galli*, *Germani*, *Brittanni*, *Flandri*, & *Hiſpani* hos ipſos nummos poterunt metiri precio æris, quod in uſu habent ex ejus adæquatione à nobis facta cum Denario *Romano*: quem dicemus conficere in *Gallia* ſolidos ſex, Denarios duos *Turonenſes*, & quatuor quinarias partes alterius: in *Germania* communiter quindecim Cruciatos, minus vigeſima quinta parte unius: in *Brittannia* Solidos quinque Sterlinorum, Denarios novem *Turonenſes*, & quatuor quinarias partes alterius: in *Flandria* ſex Stauros, & paulo plus Denariis octo *Turonenſibus*: in *Hiſpania* Maravilios fere ſexaginta quinque quam adæquationem fecimus, quia Denarius *Turonenſis* eſt precii noſtri Quatreni: ex *Turonenſibus* Denariis duodecim eſt ſolidus item *Turonenſis*:

ex

ex quinque in *Germania* communiter eſt Cruciatus: ex treſdecim in *Brittannia* ſolidus Sterlinorum: ex undecim, & paulo plus in *Flandria* Staurus. Maravilius eſt precii noſtri Quatreni, & paulo plus ſeptimæ partis alterius: Quoniam Realis eſt ex triginta quatuor Maraviliis: & Ducatus permutatur undecim Realibus, Denarius autem *Turonenſis* partitur in quatuor Pictis, cujuſmodi apud majores noſtros fuere Bagari: & ex quadraginta quinque ſolidis *Turonenſibus* fit Scutus, qui cognominatur à ſole. & ex duobus Cruciatis fit *Caroleus*, ex *ſex Groſſus Argentinenſis*, ex Octuaginta Coronatus. Centum vero octuaginta ſolidi Sterlinorum conficiut Libram precii quinque Scutorum. Staurus tandem partitur in quatuor hordeis: & triginta octo Stauris Scutus permutatur.

## *Talentum.*

Olim fuiſſe minimi precii indicat *Homerus*: apud quem quarto Loco datur præmium in æquorum certamine. Fuit ex tribus Chryſis ut ait *Pollux*: poſtea ita auctum, ut à *Fannio* dicatur nihil *Athenis*

*—— Obolove minus, majuſve Talento.*

Nomen ipſe indicat fuiſſe pondus:

## *In* ÆRE

Quidem pondus centum viginti quinque Aſſium Libralium. Nam *Dionyſius* duo millia hujuſmodi Aſſium conſtituere ait ſexdecim Talenta in pondere æris. *A Phavorino* dicitur eſſe ſex millibus Quadrantibus, ſex ſcilicet ſcripulorum ſingulis. Nam tot ejuſmodi Quadrantes

conſtituunt centum viginti quinque Libras æris: ad quot Talentum redactum fuiſſe etiam tradit *Epiphanius* in Libro de menſuris.

## *In* ARGENTO

Talenta alia omnia fuere, niſi quæ Talenta auri vocantur: ex quibus diximus unum dari pro decem argenteis. Ex Talentis *Atticum* paruum à *Fannio*, & à *Polluce* dicitur ex ſex millibus Drachmis, vel ex ſexaginta Minis *Græcis*. *Seneca* controverſia trigeſima quarta, quam *Priſcianus* appellat Librum decimum Epiſtolarum ad *Novatum*, in hoc Talento collocat viginti quatuor Seſtertia: quæ, ipſo *Priſciano* interprete, ſunt ſexaginta Libræ ex primo Seſtertio duarum ſemiſſis Librarum. Qua ratione & *Gellius* treſdecim talenta, quibus emptus fuit *Bucephalus*, æris *Romani* ſummam eſſe dixit trecentum duodecim Seſtertium. Ut omnino Legamus corruptè apud *Plinium* hoc Talentum taxari ſex decim Seſtertiis. Ex quatuor millibus quingentis Denariis, hoc eſt ex ſex millibus Drachmis *Sex. Pompeius* item fuiſſe ait

Ciſtophorum, &

Talentum *Rhodium*

Sed *Atticum* magnum ex centum Minis *Atticis*, id eſt ex ſeptem millibus quingentis Drachmis fecit *Priſcianus*: quas tamen Minas dixit eſſe Libras *Romanas* octoginta tres, & ſemunciam: cum recta computatione ſunt ſeptuaginta octo Libræ *Romanæ*, & ſemuncia. Sed *Cn. Manlius* hoc Talentum *Antiocho* non minus pondo octoginta *Romanis* ponderibus decrevit, ut ait *Livius*. Quod cum *Sex. Pompeius* Talentum *Atticum* retulit ſex millium Denariorum: quod *Priſcianus* quandoque *Atticum* magnum, & quæ *Gellius* dixit tria Talenta *Attica* Nummi *Romani* fuiſſe

Seſtertia

Seſtertia duo, & Septuaginta millia, non *Atticum*, Sed *Achaicum* Talentum apud eos Auctores Legendum puto. *Achaicum* enim Talentum ex ſex millibus Denariis fuiſſe videmus ex *Polybio*, ut ait *Livius* tradente *Achæis* centum talentis ſtetiſſe redemptionem mille ducentorum civium *Romanorum*: cum quingentos Denarios precium in capite, quod redderetur dominis, ſtatuiſſent. Et hujuſcemodi tria talenta ex decem, & octo millibus Denariis conſtituunt Seſtertia duo & Septuaginta millia, quæ dixit *Gellius*. Tria autem Talenta *Attica* parva ſunt ex quinquaginta quatuor millibus Seſtertiis: Et tria magna ex Sexaginta ſex millibus ſeptingentis tantum.

*Euboicum* Talentum nominat *Polybius* in pace *Scipionis* cum *Carthagenſibus*: *Romano* nummo quatuor millium Denariorum relatum à *Pompeio*.

*Æginæum* majus aliis Talentis *Græcis* ait *Pollux*, ex decim millibus Drachmis *Atticis*, quot ſcribit *Appianus Tigrannem* dediſſe ſingulis Tribunis, qui erant in Exercitu *Pompei*, quodque *Plutarchus* nominat Talentum: quale poſcebat *Lais*, vel Myrias Drachmas.

*Babylonicum Pollux* recenſet ex ſeptem millibus Drachmis, hoc eſt ſeptuaginta Minis *Græcis*, vel *Euboicis*, ut appellat *Herodotus* explicans hoc ipſum Talentum.

Quod & *Romanum* fuiſſe oſtendit *Servius* ex autoritate, ut ait, Plauti, apud quem cum quidam dixiſſet debere centum quadriginta Libras, paulo poſt intulit

*Talenta tot, quot ego, & tu ſumus.*

Erat itaque ex quinque millibus ducenis quinquaginta Denariis.

*Ægyptiacum* pondo octoginta capere *Varro* tradit: quæ ſunt ſeptem millia, & ſexcentæ octoginta Drachmæ.

*Syraicum* nominat *Pollux* ex mille quingentis Drachmis

Siculum

Siculum antiquum ex viginti quatuor nummis:

Siculum poſterius ex duodecim. Et *Pompeius Alexandrinum* recenſet ex duodecim Denariis *Neapolitanum* ex ſex *Syracuſanum* ex tribus,

*Rheginum* ex Victoriato.

Collapſa Republica alii Nummi fuere ſub imperatoribus: Et *Lampridius* nominat Semiſſes, Tremiſſes, Quartarios, Senarios, Bilibres, & Centenarios. *Junus Nypſus* hos nummos poſteriores redegit

Ad Libram viginti Solidorum:

Ad Solidum ex duodecim Denariis:

Ad Denarium vigeſimam partem unciæ.

Libram in Ære, in Argento, in auro etiam oſtendunt imperatores *Conſtantinus*, *Gratianus*, *Valentinianus*, *Theodoſius*, *Arcadius* & *Honorius*.

Sed *Arcadius* & *Honorius* Libram Æris vigeſimam quintam partem ſolidi tradunt eſſe.

Libram Argenti *Arcadius* ipſe, *Theodoſius* item & *Valentinianus* dividunt in ſexaginta Argenteos nummos:

Libram auri in ſeptuaginta duos Solidos Obryziacos: *Arcadius* vero, & *Honorius* in viginti quinque Solidos.

*Dion* autem aureum nummum diſtribuit in viginti quinque Denariis.

Itaque ex precio noſtri Æris excurrentis redacto ad antiquam pecuniam eo modo, quem retulimus ſunt

1. Denarius argenteus *Nypſi* — Solidi III, Quatreni II, & fere tres ex ſex-decim partibus Quatreni

2. Libra Æris — Solidi XII, Denarii II. & paulo plus Semis.

3. Argenteus Nummus Impp — Solidi XII Denarii VIII, & paulo plus ſeptem ex denis partibus Denarii

4. Denarius aureus *Nypſi* — Libra, Solidi XI. Denarii fere decem.

5. Soli-

5. Solidus argenteus *Nypſi* — Libra, Solidi XIIX, Denarius, & octava pars alterius.

6. Solidus Obryziacus — Scutus, Libra, Solidi XVI, & fere tres octone partes Denarii.

7. Solidus autem Imp p — Scuti IV, Libra, Solidi V, Denarii V. & ſemis ferè:

8. Aureus Nummus *Dionis* — Scuti IV, Libra, Solidi XI, Denarii VIII.

9. Solidus aureus *Nypſi* — Scuti V, Libra, Solidi X, Denarii quaſi X.

*In antiquis autem nummis ſunt*

10. Teruncius *Voluſii* — Novem vicenæ partes Quatreni.

11. Chalcus — Quatrenus ferè.

12. Quadrans } Quatrenus & decem novem centenæ
13. Triuncis- } partes.

14. Triens-- } Quatrenus & quinquaginta novem cen-
15. Sextula- } tenæ partes.

16. Libella — Quatrenus & paulo plus octo ex denis partibus.

17. Dichalcus — Quatreni fere II,

18. Semiobolus — Quatreni III, paulo plus decem novem ex vicenis partibus.

19. As — Quatreni IV, & ſeptuaginta ſeptem ex centenis partibus.

20. Pentechalcus — Quatreni ferè V.

21. Obolus — Solidus, Quatrenus, & decem novem vicenæ partes.

22. Dipondium — Solidus, Quatreni III, & quadraginta quatuor ex centenis partibus.

23. Diobolus — Solidi II, Quatreni III, & decem, & octo vicenæ partes,

24. Seſtertius — Solidi III, & ſeptem denæ partes Quatreni.

25. Triobolus — Solidi III, quatreni V, & decem & ſeptem vicenæ partes.

26. Tetrobolus — Solidi V, Quatrenus, & ſexdecim vicenæ partes.

27. Quinarius ——— }
28. Victoriatus ——— } Solidi VI, Quatrenus & duæ Quinariæ partes
29. Talentum Rheginum }

30. Grave æs ——— }
31. Drachma *Attica* — } Solidi VII, Quatreni V, & ſeptem ex denis partibus alterius.
32. Argenteus ——— }

33. Denarius — Solidi XII, Quatreni II, & quatuor Quinariæ partes unius:

In *Gallia* — Solidi VI, Denarii II *Turonenſes*, & quatuor Quinariæ partes Denarii.

In *Germania* — Cruciati XV minus vigeſſima quinta parte Unius.

In *Brittania* — Solidi V Sterlinorum, Denarii IX *Turonenſes*, & quatuor Quinariæ partes Denarii.

In *Flandria* — Stauri VI, & Denarii paulo plus VIII, *Turonenſes.*

In *Hiſpania* — Maravilii fere LXV.

34. Drachma *Æginea* — } Solidi XIII, Quatrenus & ſemis.
35. Stater *Corinthiacus* — }

36. Didrachma — }
37. Sicilicus ——— } Solidi XV, Quatreni IV, & Quatuor ex denis partibus Quatreni.
38. Bos ——— }

39. Tridrachma —— Libra, Solidi III, Quatreni V, & decima pars alterius.

40. Talen-

40. Talentum *Syracuſanum* — Libra, Solidi XVII, quatreni II. & duæ quinariæ partes alterius.
41. Tetradrachma — Libra, Solidi XI, Quatrenii II, & octonæ ex denis partibus unius.
42. Pentadrachma — Libra, Solidi XIX, Quatreni II. & ſemis
43. Talentum *Neapolitanum* — Scutus, Solidi IV. Quatreni IV. & quatuor quinariæ partes unius.
44. Semichyrſus — Scutus, Solidi IX, Quatreni III.
45. Talentum in Ære — Scutus, Libra, Solidi IX. Quatreni II. & quarta pars alterius.
46. Talentum *Alexandrinum* — Scuti II, Solidi IX, quatreni II, & tres quinariæ partes unius.
47. Chryſus —
48. *Dareicus* — } Scuti II, Solidi XIX.
49. Aureus Nummus — Scuti II, Libra, Solidi XIX.
50. Philipeius —
51. Alexandrinus } Scuti III, Libræ II, Solidi II.
52. Semiſtater — —
53. Pentacontadrachma } Scuti V, Libræ II, Solidi II, Quatreni III,
54. Stater —
55. Numiſma } Scuti XI, Libra, Solidi V.
56. Talentum *Siculum* poſterius — Scuti XX IIX, Libræ III, Solidi IV.
57. Tretraſtater — Scuti XLV, Libra, Solidi X.
58. Talentum *Siculum* antiquum — Scuti LVII, Libra, Solidi XIIX.
59. Talentum *Syraicum* — Scuti CLXX, Libra, Solidi V.

60. Talentum *Euboicum* — Scuti DLXXXV, Libræ II, Solidi VIII, Quatreni V, & ſemis.

61. Talentum *Atticum* paruum.
62. Talentum *Rhodium*. —
63. Ciſtophorus. —
} Scuti DCLXXXI, Libra, Solidi X.

64. Talentum *Babylonicum* —
65. Talentum *Romanum* —
} Scuti DCCXCV.

66. Talentum *Atticum* magnum — Scuti DCCCLI, Libræ II. Solidi XV.

67. Talentum *Achaicum* — Scuti CMVIII, Libræ II.

68. Talentum *Ægineum* — Scuti MCXXXV. Libræ, Solidi X.


Alexandreius — 51
Argenteus — 32
Argenteus Imp p — 3
As — 19
Aureus — 49
Aureus *Dionis* — 8
Bos — 38
Chalcus — 11
Chryſus — 47
Drachma *Æginea* — 34
Drachma *Attica* — 31
Grave æs — 30
Libella — 16
Libra æris — 1
Numiſma — 55
Obolus — 21
Pentadrachma — 42
Pentacondrachma — 53
Pentechalcus — 20
Philippeius — 50
Ciſtophorus — 68
Dareicus — 48
Denarius — 35
Denarius Argenteus *Nypſi* — 1
Denarius Aureus *Nypſi* — 4
Dichalcus — 17
Didrachma — 36
Diobolus — 23
Dipondium — 22
Sextula — 15
Sicilicus — 37
Solidus Argenteus *Nypſi* — 5
Solidus aureus Impp — 7
Solidus aureus *Nypſi* — 9
Solidus Obryziacus — 6
Stater — 54
Stater *Corinthiacus* — 35
Talentum *Achaicum* — 67
— *Æginæum* — 68
— *Alexandrinum* — 46


Quadrans

Quadrans —— 12
Quinarius —— 27
Semichryſus —— 44
Semiobolus —— 18
Semiſtater —— 52
Seſtertius —— 24
Rheginum —— 29
*Rhodium* —— 62
Romanum —— 65
*Siculum* Antiquum —— 58
——poſterius —— 56
——*Syracuſanum* —— 41
——*Syraicum* —— 59
Teruncius *Voluſii* —— 10
*Atticum* paruum —— 61
——magnum —— 66
*Babylonicum* —— 64
*Euboicum* —— 60
In ære —— 45
*Neapolitanum* —— 43
Tedrachma —— 40
Tetraſtater —— 57
Tetrobolus —— 26
Tridrachma —— 39
Triens —— 14
Triobolus —— 25
Triuncis —— 13
Victoriatus —— 28

*FINIS.*

# *PHILIPPI LABBE*, BITURICI,

SOCIETATIS JESU PRESBYTERI,

# BIBLIOTHECA NUMMARIA,

*Ex Theologis, Juris conſultis, Medicis, ac Philologis concinnata, & in duas Partes tributa:*

I. De Antiquis Numiſmatibus, Hebræis, Græcis, Romanis.

II. De Monetis, Ponderibus & Menſuris.

*LONDINI,*

Proſtant venales apud *Moſem Pitt*, ad inſigne *Angeli* in Cœmiterio D. *Pauli*. *M. DC. LXXV.*

# BIBLIOTHECÆ NUMMARIÆ

## PARS PRIMA.

## De Antiquis Numiſmatibus.

### ABRAHAMUS GORLÆUS Antuerpianus.

THeſaurus Numiſmatum Romanorum: ſive Numi Aurei, Argentei, Ærei, ad Familias Romanas ſpectantes, uſque ad obitum Auguſti. Acceſſerunt typi eorumdem Nummorum, quos Fulvius Urſinus omiſit, aut aliter edidit. Amſtelodami, apud Cornelium Nicolaum. 1608. in Folio. Sunt & qui in 4. ibidem prodiiſſe aſſerant. De ejus Dactyliotheca ſive Tractatu de Annulis dicemus in Mantiſſa.

*Abrahamus Ortelius, Antuerpianus, Regis Catholici Geographus.*

Præterea numiſmata, quæ in Theſauro Geographico, Parergo Ptolemaico, aliiſque libris exhibuit:

Extant Deorum Dearúmque capita ex antiquis numiſmatibus collecta ejus operâ, atque edita à Philippo Gallæo Antuerpiæ, anno 1573. Quæ poſtea anno 1602. emiſit in lucem Franciſcus Swertius F. Antuerpianus Hiſtorica narratione illuſtrata, Antuerpiæ, apud Joannem Bapt. Vuintium, in 4.

Achilles

*Achilles Statius, Luſitanus.*

Vide infra verbo, Fulvius Urſinus.

*Adolfus Occo, Auguſtanus Medicus.*

Imperatorum Romanorum Numiſmata propè omnia à Pompeio Magno ad Heraclium, & Inſcriptiones eorumdem, & ſymbola Emblematum accuratiſſimè: verùm abſque figuris æri aut ligno inciſis. Antuerpiæ, apud Chriſtophorum Plantinum 1579. in 4. & multis nummorum millibus auctius atque emendatius, Auguſtæ Vindelicorum, in 4. ad inſigne pinus; anno 1601. qui non fuit ſæculi à Chriſto nato decimi ſexti, ſed ſæculi decimi ſeptimi primus.

*Æneas Vicus, Parmenſis.*

Imperatorum XII. icones è Numiſmatibus deſumptas, cum averſis partibus, addita perbrevi cujuſque vitæ deſcriptione, edidit Venetiis, an 1554. in 8.

Idem anno 1555. primorum XII. Cæſarum Genealogiarum, ſtemmatum, conſanguinitatum, affinitatúmque veram delineationem in Tabula ſcitiſſimè ſculpta exhibuit: quam V. C. Raphaël Trichet du Freſne omnis rei antiquariæ peritiſſimus inter cætera omnis generis κειμήλια ſervabat in exquiſitiſſima ſua Bibliotheca, cui noſtra hæc Nummaria plurimum debere ſe ingenuè profitetur.

Reliqua librorum Æneæ Vici ad Imperatorum Hiſtoriam à Julio Cæſare uſque ad Lucium Verum, à Jacobo Franco Chalcographo Veneto in lucem edita; Venetiis apud Francum 1601. in 4.

Auguſtarum Imagines æneis formis excuſæ Venetiis cum earum Vitis, 1557. in 4. & anno 1562. Liber I. ex libris 23. Commentariorum in vetera Imperatorum Numiſmata, cum figuris, in 4.

*Diſcorſi ſopra le Medaglie de gli Antichi*, Venetiis 1555. & alibi.

*Plura*

*Plura vide infra verb. Jacobus Francus, Joan. Bapt. Duvallius, & Natalis Comes.*

*Andreas Fulvius, Prænestinus.*

Primus omnium, ut quibuſdam viſum eſt, Effigies Imperatorum in lucem dedit in libro. Cui titulus eſt: Illuſtrium Imagines, Romæ, Anno 1517. apud Jacobum Mazochium. Verùm alii librum hunc à Jacobo Sadoleto oblatum cenſent fuiſſe Leoni X. Papæ, ſive ejus, germanus auctor fuerit, ſive hicce Andreas Fulvius, qui præterea urbis Romæ deſcriptionem proſa & carmine celebraſſe memoratur ab Onuphrio Panvinio Præfatione in Commentarios de Republica Romana.

*Andreas Schottus, Antuerpianus, S. I.*

Sexti Aurelii Victoris Hiſtoriæ Auguſtæ Breviario primùm à ſe reperto, tum alteri pridem vulgato, Imperatorum iconas inſeruit. Antuerpiæ, apud Chriſtophorum Plantinum, 1579. in 8.

Idem Antonii Auguſtini Tarraconenſis Archiepiſcopi Dialogos XI. ex Hiſpanica dialecto Latinè reddidit, ut mox dicemus, & inſuper duodecimum adiecit de Diis Deabúſque Gentilium, cum Catalogo Auctorum, qui de Numiſmatibus ſcripſerunt, ex Hulſiano ferè deprompto.

*Anonymi* poſt nominatos Scriptores ſuccedent ſuo deinceps ordine.

*Antonius Auguſtinus, ex Aliſano Ilerdenſis Epiſcopus, ac tandem Tarraconenſis Archiepiſcopus, non Cæſar-Auguſtanus, ut ſcripſit nonnemo.*

De Numiſmatibus priſcis, eorúmque inſcriptionibus ac ſymbolis Dialogos XI. eruditiſſimos edidit Hiſpanico idiomate excuſos.

Italicè vertit Dionyſius Octavianus Sada, emiſitque Romæ, 1592. in fol. apud Guillelmum Faciottum, cum ejuſdem Sadæ actuario.

Iidem Dialogi in 4. Italicè excuſi ſunt cum figuris æri inciſis, nec interprete, nec Bibliopola, nec anno expreſſis. Locus tamen editionis perhibetur Roma.

Latinè reddidit Andreas Schottus S. I. Antuerpiæ apud Henricum Aërtſium, anno 1617. cum Numiſmatum iconibus ſeorſim editis à Jacobo Biæo æri graphicè inciſis.

*Antonius Chappuys, Delphinas.*

Vide infrà V. Gabriël Simeon.

*Antonius Piſo, Lotharingiæ Ducis Medicus.*

*Diſcours ſur les medalles & graveures antiques, principalement Romaines, avec une expoſition particuliere de quelques lanches ou tables eſtant ſur la fin du liure,* &c. *Par Mounſieur Antoine le Pois, Conſeiller & Medecin du Duc. de Lorraine,* Pariſiis, apud Mamert. Patiſſonium, 1579. in 4.

*Antonius Zantanus, Comes & Eques,*

Primorum XII. Cæſarum veriſſimæ imagines ex antiquis Numiſmatibus deſumptæ, addita perbrevi cujuſque Vitæ deſcriptione, ac diligenti eorum quæ reperiri potuerunt Numiſmatum averſæ partis delineatione. Libri primi editio tertia Romæ apud Jac. Maſcardum, 1614. in 4.

*Auguſtinus Juueges, Siculus.*

Panormitanorum Numiſmata explicuit. Vide infrà. V. Philippus Paruta.

*Balthaſar Perez, de Caſtello, Canonicus Burgenſis.*

*Los diſcurſos de la Religion, Caſtrametation, Aſſiento del Campo, Baſios y exerçiçios de los antiquos Romanos y Griegos, del illuſtre Guillermo de Choul, del Conſcio del Chriſtianiſſimo Rey de Francia. Traduzido en Caſtellano de la lingua Françeſa por el Mæſtro Balthaſar Perez del Caſtillo, Canonigo, y natural de la Ciudad de Burgos.* Lugduni, apud Guillelmum Rovillium, in 4. anno 1579.

*Cæſar Baronius, Soranus, S. R. E. Cardinalis Bibliothecarius.*

In

In XII. Annalium Eccleſiaſticorum Tomis à Chriſto nato uſque ad annum MCXCVIII. veteres identidem Nummos ex cimeliarchiis Lælii Paſqualini, & aliorum Antiquariorum erutos literato orbi communicavit. Editi ſunt Romæ, Antuerpiæ, Venetiis, Coloniæ, &c.

*Cæſar Malfattus, Paduanus.*

Vide infrà, V. Laurentius Pignorius.

*Carolus Dux Croyiacus & Arſchotanus, &c.*

Ejus curâ & impenſis olim congeſta, ærique à Jacobo Biæo inciſa Imperatorum à Romulo & Caio Julio Cæſare ad Juſtinianum Auguſtum Numiſmata, in 4. cum notis Joannis Hemelarii, anno 1627. edita: deinde inſigni auctario locupletata, brevique commentario opera Caſperii Gevartii, ut ferunt, illuſtrata prodiere Antuerpiæ, apud Henricum Aertſium, 1634. in folio. Prima editio in eadem urbe, apud Hieronymum Verduſſium ab anno 1615. in 4. præceſſerat.

*Carolus Patinus, Guidonis F. Pariſienſis Medicus Doctor.*

Familias Romanas in antiquis Numiſmatibus ab Urbe condita ad tempora Divi Auguſti, ex Bibliotheca Fulvii Urſini, cum adjunctis Antonii Auguſtini Epiſcopi Ilerdenſis, reſtituit, recognovit, auxit. Pariſiis apud Joannem du Bray, Petrum Variquet & Robertum de Ninville in folio anno 1663.

*Caſperius Gevartius, I. C. Cæſareus, Regiuſque Conſiliarius & Hiſtoriographus, atque urbis Antuerpianæ Archigrammateus.*

Plura exhibet ad veterem Nummariam ſupellectilem ſpectantia in celebri pompa introitus Sereniſſimi Principis Ferdinandi Auſtriaci Hiſpaniarum Infantis Belgarum & Sequano-Burgundionum Gubernatoris in urbem Antuerpienſem. In majori folio, 1642. Antuerpiæ apud I. Meurs.

Idem operi Goltziano de Imperatoribus Romanis à

Balthaſare Moreto, Antuerpiæ in folio, anno 1645. recuſo, cum figuris luteo colore illitis, Vitas Imperatorum Romanorum addidit ab Alberto II. uſque ad Ferdinandum III. Quod mirum fuiſſe neglectum ab Antiquario quodam erudito, qui quamuis magnus ſit, & videatur ſolers, non tantùm extranea quæque & longius diſſita, ſed etiam quæ in oculis erant ac manibus, prætermiſit.

*Claudius Chiffletius, Biſuntinus, J. C.*

De Numiſmate antiquo liber poſtumus prodiit Lovanii, in 8. 1628. apud Cornelium Coneſtinium, vnà cum Erycii Puteani Tabulis rei Nummariæ, de quibus egimus ſecunda Parte.

Idem ſubjunctus eſt Diſſertationi de Othonibus æreis Henrici Thomæ Chiſſletii, 1656. in 4. Antuerpiæ.

*Claudius Guichardus, J. V. D.*

*Funerailles, & diverſes manieres d'enſeuelir des Romains, Grecs, & autres nations, tant anciennes, que modernes, dediées au Duc de Savoye.* Lugduni, apud Joannem Tornæſium, in 4. 1581.

*Claudius Menetreius, Cemeliarchii Barberini Præfectus.*

Extant ſex tabulæ Numiſmatum ad religionem Dianæ Epheſiæ ſpectantium poſt ejus opus poſtumum de ſymbolica Deæ illius πολυμάστου ſtatua, ut pluribus diximus in Mantiſſa Antiquariæ ſupelectillis.

*Conradus Liechthenavius, Urſpergenſis Abbas.*

Imagines Imperatorum Romanorum inſertæ ſunt à recentiore quopiam, illius Chronico, quod editum eſt.

*Conſtantinus Cajetanus, Syracuſanus Siculus, O. B.*

Dicitur in Bibliotheca Mariana R. P. Hippolyti Maraccii edidiſſe de Nummis & Numiſmatibus in honorem B. M. Virginis cuſis libros duos. Verum nec locus editionis, nec forma, nec tempus, aut Typographus adſcribuntur, ut in aliis pleriſque ejuſdem aliorumque ſcriptorum lucubrationibus.

*Conſtan-*

*Conſtantius Landus, Complani Comes.*

In veterum Numiſmatum Romanorum Miſcellanea explicationes edidit, ſed abſque figuris: Lugduni, in folio, apud Sebaſtianum de Honoratis, anno 1560.

*Dionyſius Octavianus Sada.*

Vide ſuprà, v. Antonius Auguſtinus.

*Dominicus Tempeſta, Romanus.*

Vitæ Summorum Pontificum à Chriſto Jeſu ad Clementem VIII. Latino Italicoque ſermone breviter conſcriptæ, cum effigiebus eorum ex Nummis & Picturis excerptis, Romæ, apud Hieronymum Franzinum, 1596. in 8.

*Franciſcus Angelonus, Italus.*

Hiſtoriam Auguſtam priſcis Numiſmatibus illuſtratam, à C. Julio-Cæſare ad Conſtantinum Magnum Italico ſermone ſcripſit, dicavitque Ludovico XIII. Francorum ac Navarræorum Chriſtianiſſimo Regi: Romæ in folio, apud Andream Feium, anno 1640.

Alia quoque ſcripſiſſe fertur, quæ ad manus meas nondum pervenerunt.

Illuſtrium imagines à Jano ad Henricum III. Conradi in Imperio ſucceſſorem impreſſæ Lugduni in ædibus Antonii Blanchardi Chalcographi, impenſis honeſtorum virorum Joannis Monſnier, & *Franciſci Juſte*, cujus nomen in prima pagina occurrit, anno à Virginis partu 1524. die 11. menſis Septembris: extant in Bibliotheca Foucquetiana.

*Franciſcus E. de Mezeray.*

Hiſtoriæ Gallicæ tribus Tomis inſeruit Numiſmata multa, quæ Regum noſtrorum temporibus perhibentur fuiſſe cuſa. Lutetiæ Pariſiorum anno 1643. in folio apud Matthæum Guillemot.

*Franciſcus Suuertius, F. Antuerpianus.*

Deorum

Deorum Dearúmque capita ex antiquis Numiſmatibus operâ Abrahami Ortelii collecta, atque à Franciſco Suvertio Hiſtorica narratione illuſtrata: Antuerpiæ, apud Joannem Baptiſtam Urintium, 1602. in 4.

Ibidem anno ſeq. eadémque formâ, XII. Cæſarum imagines è Numiſmatibus expreſſæ, & Hiſtorica narratione illuſtratæ, ex Muſeo Franciſci Suuertii, & anno 1612. in eadem urbe apud Viduam & filios Joannis Moreti.

*Franciſcus Ximenez de Vurea, Caſtellanus, Regis Hiſpaniæ & Regni Aragonici Chronologus.*

Vide Vincentius Joannes de la Stanoſa.

*Fulvius Urſinus, Romanus.*

Familias Romanas ex antiquis Numiſmatibus deſcripſit, & ad Divi Auguſtini tempora deduxit, cum appendice XXX. Familiarum ex libro de Familiis Romanorum Antonii Auguſtini Epiſcopi Ilerdenſis, Romæ apud Hæredes Franciſci Tramezini 1577. in folio.

Ex ejuſdem Bibliotheca prodierunt imagines & elogia Virorum illuſtrium & Eruditorum ex antiquis marmoribus, gemmis, lapidibus, & Numiſmatibus expreſſæ, cum annotationibus. Romæ, formis Antonii Lafrerii, in folio, anno 1570. Anno præcedenti eiſdem formis Antonii Lafretii prodierant Illuſtrium Virorum, ut extant in urbe, expreſſi vultus collecti ab Achille Statio Luſitano, Romæ, in folio, 1569. Vide præterea infrà. v. Theodorus Gallæus.

*Gabriël Simeon, Florentinus.*

*Les illuſtres obſervations Antiques du Seigneur Gabriël Symeon Florentin, en ſon dernier voyage d'Italie l'an* 1557. Lugduni apud Joannem Tournæſium, in 4. anno 1558.

Eadem Epitaphiorum ac Numiſmatum Antiquorum illuſtratio Italicè, iiſdem formis eodémque anno cuſa fuit: *Illuſtratione de gli Epitaphi & Medaglie Antiche*, &c.

*Deſcrip-*

*Deſcription de la Limagne d' Auvergne, en forme de Dialogue, auec pluſieurs Medalles, Statuës, Oracles, Epitaphes, & autres choſes memorables, & non moins plaiſantes que profitables, aux amateurs de l' Antiquité. Traduit du Liure Italien, de Gabriël Symeon, en Langue Françoiſe, par Antoine Chappuys du Dauphiné.* Lugduni, apud Guillelmum Rovillium, in 4. anno 1561.

*Gaillardus Guiranus, in Nemanſenſi Seneſcallia, Preſidialique Curiæ Regius Conſiliarius, & in ſuprema Arauſionenſi Senator.*

Explicatio duorum vetuſtorum Numiſmatum Nemauſenſium ex ære. Arauſioni, apud Edvardum Rabanum, 1655. in 4.

Volumina tria ad calcem illius ſpeciminis pollicetur, ac nominatim tertium de re Nummaria Veterum: cujus hæc ſunt præcipua capita.

Catalogus Auctorum, qui de Numiſmatibus ſcripſerunt, vel qui ad illorum intelligentiam faciunt.

De utilitate capienda è Numiſmatibus.

An Numiſmata ſint monetæ annumeranda.

De materia & falſitate Nummorum.

De fabricatione & notis Nummorum diverſi generis.

De characteribus, numeris & litteris in illis expreſſis diverſæ formæ.

De Numiſmatibus incognitis, vel ſaltem obſcuris & abſtruſis.

Explicatio & illuſtratio DXXXV. antiquorum Numiſmatum, ex diverſis Auctoribus, & ſolo Nemauſenſi collectorum, ordine Alphabetico, cum figuris.

*Quidquid ſub terra eſt in apricum proferet ætas.*

*Gaſpardus Vvaſerus, Tigurinus.*

De eo commodiùs agemus ſecunda Parte hujus Bibliothecæ.

*Gregorius*

*Gregorius Chanlerius, Noricus, Eques Divi Marci.*

Cæſareum Chronicon Germanico idiomate edidit à Caio Julio Gæſare uſque ad Matthiam, Imperatorum Imaginibus identidem inſertis diſtinctum.

Illud idem Belgicè prodiit, in folio, anno 1617. Amſterodami.

Extant quoque Imperatorum ac Cæſarum Romanorum à C. Julio Cæſare uſque ad Maximilianum II. Auſtriacum deſcriptiones Nicolai Reuſneri, & Georgii Sabini, Lipſiæ, anno 1572. in 8.

*Guillelmus Camdenus, Reginæ Anglorum Hiſtoriographus.*

In ſua Britannia, ſive Regnorum Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, & Inſularum adjacentium Chorographica Deſcriptione, congeſſit aliquot antiqua Numiſmata Britannica. Excuſa eſt ſæpe ſæpius ab anno 1586. in octavo, &c. ſed præcipuè ſpectabilis editio in folio, cum Tabulis Chorographicis, anno 1607.

*Guillelmus du Choul, Regis Francorum Conſiliarius, & Baillivus Montium Delphinatus.*

*Diſcours de la Religion des Anciens Romains, illuſtré d'un grand nombre de Medailles, & de pluſieurs belles figures, retirées des Marbres antiques, qui ſe trouvent à Rome, & par la Gaule.* Lugduni apud Guillelmum Rovillium, 1556. in folio: deinde ibidem, anno 1567. in 4.

*Diſcours ſur la Conſtrametation & diſcipline militaire des Romains: des Bains & antiques exercitations Grecques & Romaines.* Lugduni apud eundem Typographum 1555. & 1557. in folio.

*Los diſcurſos de la Religion*, &c. Vide ſupra verbo, Balthaſar Perez.

Willelmum hunc Braſſicanum vocat alicubi Joannes Thomas Freigius J. C. Altorffinus, nonnulloſque in fraudem induxit, qui cum Joanne Alex. Braſſicano confuderunt.

*Guillel-*

*Guillelmus Rovillius, Lugdunenſis Typographus.*

Promptuarium Iconum edidit anno 1553. in 4. in duas partes tributum. Prima complectitur Icones inſigniorum à ſæculo hominum ſubjectis eorum vitis. Secunda à Chriſto nato incipit perpetuam ducens ſeriem uſque ad Henricum II. Francorum Chriſtianiſſimum Regem. Sed tantum abeſt, quod notavit Lævinus Hulſius, ut Theſaurum antiquitatum Jacobi Stradæ Mantuani editione ſua illuſtravit, ut potius additione quamplurimorum nummorum fictitiorum corruperit. Prodiit etiam Tiguri 1557. in 8.

*Heliſæus Roſleinius.*

In Germanica deſcriptione Alſatiæ anno 1593. Argentorati edita expreſſit plurima numiſmata quæ ibidem reperta ſunt.

*Henricus Thomas Chiffletius, Sequanus.*

De Othonibus æreis Diſſertatio. Antuerpiæ in 4. ex officina Plantiniana anno 1656. cum Claudii Chiffletii, de quo ſupra meminimus, libro poſtumo de Antiquo Numiſmate.

*Hieronymus Megiſerus, Co. P. Cæſarei Archiducum atque Ordinum Auſtriæ Hiſtoriographus.*

Theatrum Cæſareum Hiſtorico-Poëticum, quo omnium & ſingulorum Romanorum Imperatorum cùm Icones ex antiquis Numiſmatibus expreſſæ, tum vitæ deſcribuntur, cum Elogiis ex optimis quibuſque Poëtis collectis. Lentiis ad Iſtrum ex Typographio Joannis Planci anno 1616. in octavo & Auguſtæ Vindelicorum 1617. in octavo apud Joannem Kruger.

*Hubertus Goltzius, Herbipolita, Venlonianus, Belga, antiquariorum ſuæ ætatis, ut ferunt, coryphæus.*

Icones Imperatorum Romanorum è priſcis Numiſmatibus ad vivum delineatæ, & brevi Hiſtorica narratione Illuſtratæ. Brugis Flandrorum, anno 1558. in folio. Hiſpa-

nico idiomate redditas ab Imper. Julio Cæſare ad Ferdinandum I. & anno 1560. excuſas cum aliis ejuſdem operibus exhibet Bibliotheca noſtra. Eædem Gallico, aliiſque vernaculis idiomatis prodierunt. Porro inſigniter hallucinatur Antiquarius quidam vir doctus, dum *Miniatas* appellat, cum ad oculum cuivis non cæco pateat, *Luteo*, ſive flavo colore illitas eſſe: quo fit ut vulgo Gallicè vocentur, *les Jaunes de Goltzius.*

Idem *Caii Julii Cæſaris* numiſmata cum averſis partibus ſculpſit, emiſitque, Brugis anno 1563. in folio & anno demum 1574. eadem forma edidit *Octaviani Auguſti* numiſmata. *Tiberii* vero, quæ extant, poſt ejus mortem prodierunt.

Idem Faſtos Magiſtratuum & Triumphorum Romanorum ab urbe condita ad Auguſti obitum ex antiquis, tam numiſmatum, quàm marmorum monumentis reſtitutos, S. P. Q. R. dedicavit. Brugis Flandrorum 1566. in folio & 1571.

Addidit quoque poſtea Siciliam & Magnam Græciam, ſive Hiſtoriæ Urbium & Populorum Græciæ ex antiquis Numiſmatibus reſtitutæ libros quatuor. In eadem Brugenſi urbe 1576. in folio.

Ejuſdem Theſaurus rei Antiquariæ uberrimus ex antiquis tam Numiſmatum quam marmorum inſcriptionibus conquiſitus, & in locos communes diſtributus, prodiit Antuerpiæ apud Chriſtophorum Plantinum anno 1579. in 4. tum deinde in eadem urbe in folio minori anno 1618. apud Guillelmum à Tongris opera ac ſtudio Joannis Biæi.

Omnia vero Huberti Goltzii numiſmatica opera ad Romanæ & Græcæ Antiquitatis illuſtrationem ſpectantia, exceptis Faſtis ac Theſauro, edidit Tomis tribus Balthaſar Moretus Antuerpiæ in officina Plantiniana annis 1644. & 1645. in folio his titulis.

Icones

Icones Imperatorum Romanorum ex priſcis Numiſmatibus ad viuum delineatæ & brevi Hiſtorica narratione illuſtratæ per Hubertum Goltzium. Acceſſit modo Imp. Romanorum ſeries ab Alberto II. Auguſto aduſque Ferdinandum III. Auguſtum per annos CC. continuos deducta ſtylo & opera Caſperii Gevartii, I. C. Archigrammatei. Antuerpiani & Hiſtoriographi Cæſarei 1645.

C. Julii Cæſaris, Auguſti & Tiberii numiſmata ab Huberto Goltzio quondam ſculpta Ludovici Nonni commentario illuſtrata, anno 1644. Prima vero editio jam prodierat ab anno 1620. in eadem Antuerpienſi urbe, apud Hieronymum Verduſſium in folio.

Græciæ, ejuſque Inſularum & Aſiæ minoris numiſmata ab Huberto Goltzio quondam ſculpta Ludovici Nonni commentario illuſtrata anno 1644. Prima editio prodierat jam ab anno 1620. ibidem eademque forma.

*Jacobus Biæus, Antuerpianus, Chalcographus.*

Numiſmata Imperatorum Romanorum Aurea, Argentea, Ærea, à Caio Julio Cæſare uſque ad Valentinianum Auguſtum. Antuerpiæ anno 1617. in fol. apud Verduſſium & Bellerum.

Ejuſdem ſtudio atque opera recuſa ſunt ſculpta olim ab Huberto Goltzio pleraque numiſmata, de quibus mox nobis erit ſermo; Theſaurus quoque rei Antiquariæ uberrimus, & alia plurima.

*La France Metallique contenant les Actions celebres tant publiques que privées des Roys & des Reynes, remarquées en leurs Medailles d'or, d'argent, & bronze, tirées des plus curieux cabineti, par Jacques de Bie Chalcographe.* Pariſiis apud Joannem Camuſat in folio. anno 1636. Verum ut id obiter Lectorem meum moneam, omnia hæc propemodum conficta ſunt ad libitum fucumque faciunt minus eruditis.

*Les Familles de la France illuſtrées par les monumens des*

*Medailles anciennes & modernes, &c.* ibidem, eodemque anno, atque adeo eadem, hoc eſt, ſubleſta, ſaltem in pleriſque, fide, quæ nobis nuper cuſa & pro ingenio ac libidine cujuſque efformata pro priſcis obtruſit, ut norunt apprime rerum iſtarum periti, ſive Pariſienſes ſive externi.

*Les vrays portraits des Roys de France, tirez des Sceaux, Medailles & autres Effigies, par Jacques de Bie: Seconde edition augmentée de nouveaux portraits & enrichie de leurs Eloges & Vies, par le Pere Hilarion de Coſte Minime.* Pariſiis 1636. in folio.

*Jacobus Francus, Chalcographus Venetus.*

Reliqua librorum Æneæ Vici Parmenſis ad Imperatoriam Hiſtoriam ſpectantia in lucem edita apud Francum Venetiis 1601. in 4.

Secunda pars Auguſtarum à Plotina ad Saloninam ex ſchedis ejuſdem Æneæ Vici. In eadem urbe Veneta apud eundem Francum in octavo.

*Jacobus Gretſerus, Marckdorfenſis Germanus, è Societate Jeſu, Theologus eximius.*

De Cruce & Numiſmatis Crucigeris plurima accuratiſſimo ſtudio collegit, eaque præclara, Tomo III. inſignis operis de Cruce, quod tum in quarto non ſemel tum in folio, excuſum habetur in omnium manibus.

*Jacobus Gutherius, è Calvomonte Lingonum, in Senatu Pariſienſi Advocatus, Civis ac Patricius Romanus.*

De veteri jure Pontificio urbis Romæ libros quatuor, & tres de jure Manium, ſeu de ritu, more, & legibus priſci funeris edidit Pariſiis in 4. apud Nicolaum Buon, annis 1612. & 1615. in quibus nonnulla inſeruit numiſmata figuris æreis expreſſa.

In terio verò opere, quod inſcribitur, De officiis Domus Auguſtæ Publicæ & Privatæ libri tres, cap. XIX. libri ultimi agit de Procuratoribus Monetæ, quod ad alteram

ram forte partem Nummariæ hujus Bibliothecæ proprius quibuſdam pertinere videbitur. Pariſiis in quarto anno 1628. apud Sebaſtianum Cramoiſy.

*Jacobus Sadoletus, Carpentoratenſis Epiſcopus & poſtea S. R. E. Cardinalis.*

Primus omnium, ut nonnullis placet, imperatorum Romanorum effigies in lucem dedit edito Romæ anno 1617. apud Joannem Mazochium libro, cui titulus eſt: *Illuſtrium Imagines*, & Leoni X. Romano Pontifici è familia Medicea oblato. Verum, ut jam monui, ſunt qui cum Geſnero, ejuſque breviatore Simlero librum illum vendicent Andreæ Fulvio, niſi forte conjunctis operis in illud opus incubuerint.

*Jacobus Sirmondus, Ricomagenſis Aruernus, è Societate Jeſu, vir in omni Antiquitatis præſertim Romanæ cognitione mirabilis.*

Ejus cura ac pervigili ſtudio congeſtum eſt quidquid fere in Pariſienſi noſtro Numiſmatum antiquorum κειμήλιᾳ viſitur, ex quo deprompſit pleraque ex iis, quæ publici juris eſſe voluit in eruditiſſimis in Sidonium, Ennodium, alioſque Auctores commentariis.

Idem paucis ante obitum annis libellum ſcripſit, cui titulus, *Triplex nummus antiquus, Chriſti Domini, Perperenæ civitatis, Hanniballiani regis.* Pariſiis apud Sebaſtianum & Gabriëlem Cramoiſy, anno 1650. in 8. eundemque duobus aliis libellulis quos *Anti-Triſtanos* indigitavit, paulo poſt vulgatis adverſus oppugnatorem defendit, emiſitque ex eorumdem officina anno eodem.

*Jacobus Strada, Mantuanus Antiquarius.*

Theſaurus Antiquitatum, ſive Imperatorum Romanorum Orientalium & Occidentalium Icones ex antiquis numiſmatibus delineatæ abſque averſis illorum partibus. Lugduni anno 1551. in 4. Vide præterea quæ

in

in eandem rem diſſeremus infra V. Onuphrius Panvinius.

Ejus veto Epitome triennio poſt ibidem prodiiſſe dicitur in 4. & Tiguri 1558. in 8. apud Froſchoverum. Ego Gallicam quoque verſionem vidi hoc titulo. *Epitome du Threſor des Antiquitez: c'eſt à dire, Portraits des vrayes Medailles des Empereurs, tant d'Orient que d'Occident, de l'eſtude de Jacques Strada Mantuan Antiquaire, traduit par Jean Louueau d'Orleans. A Lyon par le meſme Jacques Strada & Thomas Guerin,* 1553. *in* 4.

*Jacobus Zabarellus, Comes.*

*Gli Arronzi, ò verò de Marmi antichi, doue con la vita di Lucio Arronzio Stella ſi da notitia delle antichita, &c.* Patavii 1655. in 4. In eo ſanè multæ extant marmorum antiquorum imagines. Verum hicce liber, cum Monimentis Brixianis Octavii Roſſi, Faſtis Kalendaribus Sibrandi Siccamæ, Calendario edito poſt Commentarios R. P. Ægidii Bucherii in Canonem Paſchalem Victorii Aquitani, ac ſimilibus, ad Mantiſſam potius pertinere videntur, quam ad hancce Bibliothecam Nummariam.

*Janus Jacobus Boiſſardus, Veſuntinus, Burgundo-Sequanus.*

Virorum illuſtrium varias Iconas in æs incidendas curavit: ſed eæ ex antiquis numiſmatis vix ſunt expreſſæ, atque ad poſteriora pleræque ſpectant tempora.

*Ignatius Braccius, Preſbyter Recinetenſis.*

Phœnicis effigies in numiſmatis & gemma quæ in Muſeo Goaldino aſſervantur & parietibus indicata cum ejuſdem avis vindiciis. Romæ typis Vitalis Maſcardi 1637. in 4.

Illuſtrium Imagines à Jano ad Henricum III. Imperatorem, &c. Vide ſupra, verbo Franciſcus Juſte.

*Joannes Baptiſta de Cavalleriis.*

Ejus opera ac ſtudio æneis tabulis inciſæ ſunt Romanorum

rum Imperatorum effigies elogiis per *Thomam Treterum* ſanctæ Mariæ Trans-Tiberinæ Canonicnm ex diverſis ſcriptoribus collectis illuſtratæ. Romæ in 8. anno 1583.

Idem omnium Pontificum Romanorum Icones à ſancto Petro ad Clementem VIII. collegit ac æneis typis publicavit additis ſingulorum cum ea reſciri potuerunt inſignibus, in eadem urbe Romana anno 1595. in 8. Verum eæ vix ad rem noſtram pertinere poſſe videntur, cum ex antiquis Pontificum numiſmatibus non fuerint expreſſæ: quod de Imperatorum Romanorum iconibus vulgo jactatur.

*Joannes Baptiſta Duuallius, Linguarum Orientalium Interpres.*

Auguſtarum Imagines æneis formis expreſſæ, vitæ quoque earumdem breviter enarratæ: ſignorum etiam quæ in poſteriori parte numiſmatum efficta ſunt, ratio explicata ab Ænea Vico Parmenſi, nunc à Joanne Baptiſta Duuallio reſtitutæ Pariſiis 1629. in 4. apud Macæum Ruette.

Ex libris XXIII. Commentariorum in Vetera Romanorum Imperatorum numiſmata Æneæ Vici Parmenſis liber primus de Caio Julio Cæſare opus à Joanne Bapt. Duuallio reſtitutum.

Reliqua librorum ejuſdem Vici ad Imperatoriam Hiſtoriam ſpectantia olim à Jacobo Franco edita nunc ab eodem Duuallio reſtituta. Ibidem.

*Diſcorſi de Enea Vico Parmigiano ſopra le medaglie de gli Antichi, diviſi in due libri, oue ſi dimonſtravo notabili errori di ſcrittori Antichi è moderni intorno alle Hiſtorie Romane, opera reſtituta da Gio. Battiſta Duuallio.* Pariſiis in quarto 1619. apud eundem Macæum.

*Joannes Bapt. Meneſtrerius, Divionenſis.*

*Medailles, Monnoyes, & Monuments antiques d'Imperatrices Romaines, dediées à la Reyne Mere du Roy.* Divione apud Claudium Guyot 1625. in folio.

*Medailles*

*Medailles illuſtres des Anciens Empereurs & Imperatrices de Rome.* Diuione apud Petrum Palliot 1642. in 4.

*Joannes Cuſpinianus, Sreinfordienſis, Franco, Maximiliani I. Imperatoris Medicus, Hiſtoriographus, Conſiliarius & Orator.*

Operi illius de Cæſaribus & Imperatoribus Romanis inſertæ leguntur nonnunquam illorum figuræ. Prodiit Argentorati 1540. apud Cratonem Mylium, Baſileæ, 1561. apud Joannem Oporinum una cum Vvolfgangi Hungari annotationibus & poſtea Francofurti in folio, anno 1601. Typis Vvechelianis.

*Joannes Franciſcus Andreas, de Vſtarroz, Cæſar-Auguſtanus.*
Vide infra, verbo Vincentius Joannes de la Stanoſa.

*Joannes Faber, Bambergenſis, Medicus Romanus.*
Vide infra v. Theodorus Gallæus.

*Joannes Hemelarius, Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Antuerpienſis.*

Imperatorum Romanorum à Caio Julio Cæſare ad Heraclium uſque numiſmata aurea excellentiſſimi Ducis Croyi & Arſchotani, &c. magno & ſumptuoſo ſtudio collecta, nec minore fide atque arte Jacobi de Bie ex archetypis, in æs inciſa brevi & Hiſtorico commentario explicuit primum anno 1615. in 4. apud Hieronymum Verduſſium: tum altera editione quæ priore correctior affirmatur, anno 1627. in 4. in eadem urbe Antuerpienſi; apud Petrum & Joannem Belleros.

Eadem poſtea inſigni quoque Auctario locupletata, brevique commentario illuſtrata prodiere Antuerpiæ apud Henricum Aertzium an. 1654 in folio.

*Joannes Huttichius.*

Imperatorum Romanorum libellum una cum imaginibus ad vivum expreſſis exhibuit primum anno 1525. Argentinæ: in qua deinde urbe recuſus fuit anno 1534. & 1537. Lugduni deinde an. 1550. & 1554.

*Joannes*

*Joannes Jacobus Chiffletius, Burgundo-Sequanus, Veſuntinus, Regius Archiatrorum in Belgio Comes & Archiducalis Medicus primarius.*

Anno labentis ſæculi XVIII. Lugduni apud Claudium Cayne emiſit in lucem librum in 4. cui titulum fecit: Veſontio civitas Imperialis libera, Sequanorum metropolis, plurimis nec vulgaribus ſacræ profanæque hiſtoriæ monumentis illuſtrata, & in duas partes diſtincta.

Ejuſdem Anaſtaſis Childerici Francorum Regis, ſive, Theſaurus ſepulcralis Tornaci Nerviorum effoſſus & commentario illuſtratus prodiit Antuerpiæ ex officina Plantiniana Balthazaris Moreti, anno 1655. in 4. utrique operi multas inſeruit numiſmatum antiquorum deſcriptiones multaque alia ad Romanas antiquitates ſpectantia.

*Joannes Jacobus LucKius, Argentoratenſis.*

Ad alteram potius quam ad hancce primam Bibliothecæ Nummariæ partem, imo ad neutram forte melius, ſpectare videtur Sylloge Numiſmatum elegantiorum, quæ diverſi Imperatores, Reges, Principes, Comites, Reſpublicæ, diverſas ob cauſas ab anno 1501. ad annum uſque 1600. cudi fecerunt, Hiſtorica narratione illuſtrata. Argentinæ anno 1620. in folio typis Reppianis. Nos enimvero hic priſca duntaxat numiſmata venamur atque inquirimus, non hoc aut ſuperiori demum ſæculo fabricata.

*Joannes Lupanus, Aurelianenſis.*

Vide ſupra v Jacobus Strada.

*Joannes Macarius, Canonicus Arienſis.*

Vide verbo Joannes Chiffletius in Mantiſſa rei Antiquariæ.

*Joannes Quinonius, Hiſpanus.*

*Explication de vnas monedas de oro de Emperadores Romanos, que ſe han hallado en el Puerto de Guadarrama, donde ſe refieren las vidas dellos y el origen dellas, con algunas adverten-*

*tias politicas, y otras coſas antiquas y curioſas. Lo uno y lo otro ofrece al Rey Don Felipe Tercero, el Doctor Juan de Quinones, Alcalde Mayor en la villa de Eſcurial, y Juez de ſus obras y boſques Reales de S. Lorenzo.* Madriti anno 1610. apud Ludovicum Sanchez in 4.

*Joannes Sambucus, Tyrnavienſis, Pannonius, Hiſtoricus & Medicus Cæſareus.*

In fine Emblematum Antuerpiæ apud Chriſtophorum Plantinum anno 1576. in 16. editione quarta (quæ mihi modo eſt præ manibus) & forte etiam alibi ac pluries excuſorum, extant ſtudio ejus collecti aliquot antiqui operis nummi à pag. 290. ad 334. ſunt & aliæ editiones in 8. apud eundem Plantinum, quas modo non perſequor.

*Joannes Smith, ſive Smetius à Kettenis, Calvinianus Neomagenſium Miniſter, Antiquarius, Philoſophus, &c.*

Theſaurus Antiquarius Smetianus, ſeu Notitia elegantiſſimæ ſupellectilis Romanæ & rariſſimæ Pinacothecæ plurimo labore 33. annorum curriculo in veteri Batavorum oppido, ſeu Noviomagi ad Vachalim collectæ, prodiit anno 1658. Amſtelodami apud Reynerum Smetium, I. P. in duodecimo, cum Numiſmatum ipſorum ſerie ſeu Pinace.

*Joannes Speed, Londinenſis civis.*

Sigilla & Monetæ Regum Angliæ extant in Hiſtoria Britannica Anglicè, ab eo conſcripta & Londini edita anno 1614. in folio: quam biennio poſt Philemon quidam Hollandus apud Conventrianos Medicinæ Doctor Latinitate donatam, ornatamque hoc titulo emiſit in lucem in eadem urbe. Theatrum Imperii Magnæ Britanniæ exactam regnorum Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, & Inſularum adjacentium Geographiam ob oculos ponens, una cum Comitatibus, Centuriis, Urbibus, & primariis Comita-

Comitatuum oppidis intra regnum Angliæ diviſis & deſcriptis.

*Joannes Triſtanus, Sanctamantius, Eques.*

*Commentaires Hiſtoriques contenans l'Hiſtoire generale des Empereurs, Imperatrices, Ceſars, & Tyrans de l'Empire Romain, illuſtrée, enrichie & augmentée par les Inſcriptions & Enigmes de treize à quatorze cens Medailles, tant Grecques que Latines, & autres tres rares & tres riches Monumens de l'antiquité expliquez: le tout diviſé en trois Tomes: le dernier deſquels finit à l'Empereur Jovian.* Pariſiis anno 1644. in folio apud Dionyſium Moreau.

Prodierat jam ab anno 1635. unus Tomus à Caio Julio Cæſare ad Pertinacem, excuſus in eadem Galliæ Metropoli in folio apud Petrum Billaine.

*Reſponſe du ſieur de Crapin au ſieur de la Mothe-Humont, addreſſée & communiquée à Bouino*, &c. Pariſiis 1650. in 4.

Idem eodem anno 1650. adverſus R. P. Jacobi Sirmondi cultiſſimum libellum de Triplici numo, duoſque ejuſdem Anti-Triſtanos, edidit tres libellos in 8. apud Viduam Dionyſii Moreau.

*Joſephus Caſtalio, Anconitanus.*

Numiſmatum Oſtienſis & Trajani portus Explicatio auctore Joſepho Caſtalione. Romæ apud Jacobum Maſcardum in 4. libellus paginarum omnino duodecim.

*Joſephus Juſtus Scaliger, Julii Cæſaris Agennenſis Medici filius.*

Conſtantini Imperatoris Byzantini Numiſmatis argentei Expoſitio præmiſſa Diatribæ Marquardi Freheri de eodem numo, edita fuit in 4. anno 1604. iterumque recuſa Pariſiis cum ejuſdem Scaligeri variis opuſculis in 4. apud Hadrianum Beys Pariſiis anno 1610. cura Iſaaci Caſauboni publicatis. Nec omittendæ quædam ejuſdem Scaligeri epiſtolæ Gallicæ, in quibus nonnulla exponit numiſmata.

*Julius Cæſar Capacius.*

In Hiſtoria Neapolitana, quam ſcripſit, multa propoſuit Neapolitanorum antiqua Numiſmata. Liber editus fuit Neapoli in 4. anno 1607.

*Lævinus Hulſius, Gandenſis, Flander.*

XII. Cæſarum & LXIIII. ipſorum uxorum ac parentum effigies ex antiquis numiſmatibus æri inciſas edidit Francofurti ad Mœnum, apud Brachfeldlt anno 1596. in quarto & Spiræ Nemetum anno 1599.

Idem Imperatorum Romanorum ſeriem à Caio Julio Cæſare ad Rudolfum II. Auguſtum ex priſcis recentibuſque Numiſmatibus emiſit Francofurti anno 1603. & 1605. in 8.

Huic poſtremo operi præfixit Syllabum Auctorum qui de Numſmatibus ante eum ſcripſerunt, quem ſi ſemel inſpexiſſet Antiquarius neſcio quis Bruxellopolitanus, auctiorem ſane Elenchum Sereniſſimo Archiduci Leopoldo cæteriſque rei Antiquariæ ſtudioſis indagatoribus obtuliſſet.

*Lævinus Torrentius, Gandenſis, Epiſcopus Antuerpienſis eruditiſſimus.*

Teruntur omnium manibus doctiſſimi illius Antiſtitis Commentaria in Caii Suetonii Tranquilli XII. Cæſares, (necnon in Horatii Flacci carmina) quam plurimis referta numiſmatis, tum ſeorſim edita in octavo, Antuerpiæ apud Chriſtophorum Plantinum anno 1578. tum in collectione Variorum in Suetonium excuſa Pariſiis apud Hadrianum Beys 1610. in folio.

*Laurentius Pignorius, Patavinus.*

*Le vere è nove Imagini de gli Dei delli antichi di Vicenzo Cartari, Reggiano, ridotte da capo à piedi in queſta noviſſima impreſſione alle loro reali, & non peu per ladietro oſſervate ſimiglianze cavate, d' a Marmi, Bronzi, Medaglie, Gioie, & altre*

*altre memorie Antiche, con eſquiſito ſtudio & particolare diligenza da l' orenzo Pignoria Padovano. Aggiontevi le Annotationi del medeſimo ſopra tutta l' opera & un diſcorſo intorno le Deita delle Indie Orientali & Occidentali con le loro figure tratte de gl' originali, che ſi conſervano nelle Galerie de' Principi & ne' muſei delle perſone private. Con le allegorie ſopra le imagini di Ceſare Malfatti Padoüano migliorate & accreſciute novamente.* Patavii apud Petrum Paulum Tezzum anno 1615. in quarto.

*Leo Allatius, Chius, Græcus, Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus.*

De Homerico Chiorum numiſmate diſſeruit eruditiſſimè in Prolegomenis Diatribæ de Patria Homeri impreſſæ Lugduni apud Laurentium Durand anno 1640. in 8.

*Leonardus Auguſtinus, Senenſis.*

Ad Philippi Parutæ Siciliam iterum excuſam nonnulla addidit Numiſmata. Romæ in folio anno 1649. apud Ludovicum Grignanum. Vide infra v. Philippus Paruta.

*Ludouicus Nonnius, Medicus Antuerpianus.*

Conſule ſis quæ ſupra diximus in Huberto Goltzio, cujus Græciam (intacta tamen Sicilia, &c.) atque Imperatorum Julii, Auguſti & Tiberii numiſmata eruditiſſimis commentariis illuſtravit.

*Ludovicus Savot, Medicus Regius ac facultatis ſaluberrimæ Pariſienſis.*

*Diſcours ſur les Medailles antiques diviſé en quatres Parties: eſquelles il eſt traitté, ſi les Medailles antiques eſtoient monnoyes: de leur matiere: de leur poids: de leur prix: de la valeur qu' elles peuuent avoir auiourd huy ſelon qu' elles ſont rares ou communes, antiques & vrayes, ou bien modernes, contrefaites ou moulées: Qu' elles ſont celles qui ſont telles: Par quels moyens & marques il les faut reconnoiſtre: Et de pluſieurs autres choſes peu connuës concernant les monnoyes, les metaux,*

*metaux, les mineraux, les meſures & poids antiques,* &c. Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoiſy anno 1627. in 4.

*Marcus Antonius Muretus, Lemouix, Gallus.*

Νομισματογραφία de duobus Numiſmatis à Zamoſcio miſſis, cum Renati Pincæi Idyllio & Frederici Morelli carmine.

*M. Mantua Benavidius, Patavinus Juriſconſultus.*

Ex Ejus Muſeo anno 1567. Venetiis & ibidem anno 1570. prodierunt in folio Imagines illuſtrium Juriſconſultorum quæ inveniri potuerunt ad vivum expreſſæ.

Eodem anno & eadem in urbe necnon eadem forma effigies illuſtrium Philoſophorum & Sapientium ab eorum Numiſmatibus extractæ apud Girolamum Olgranum.

Ibidem anno ſequenti Imagines quorumdam Principum & illuſtrium Virorum in ære inſculptæ apud Bologninum Zalterium.

*Marcus Velſerus, Duumvir Auguſtanus.*

Libro ſexto Rerum Auguſtanarum Vindelicarum & in aliis eruditiſſimis operibus nonnulla repræſentavit numiſmata magno ſtudio collecta cum pleriſque aliis venerandæ antiquitatis monumentis. Venetiis in folio anno 1593.

*Marquardus Freherus, Juriſconſultus & Comitis Palatini ad Rhenum Conſiliarius.*

De Conſtantini Imperatoris Byzantini numiſmate argenteo Diatriba extat tum ſeorſim excuſa anno 1600. tum poſt ejuſdem nummi expoſitionem à Joſepho Scaligero elucubratam anno 1604. in 4.

Videnda quoque in altera Nummariæ hujus Bibliothecæ parte Diſſertatio ejuſdem de numiſmate cenſus à Pharizæis in quæſtionem vocato, ſive Votivus ſermo in ea verba Chriſti Domini: *Date ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo,* &c.

Deſideratur ab eodem ſcriptus, ut perhibetur, liber, in-

inſcriptuſque Pomponius, ſive de numiſmatibus veteribus & re monetaria.

*Martinus Rota.*

XXIV. Romanorum Imperatorum effigies à Caio Julio Cæſare ad Alexandrum Severum ex antiquis marmoribus & numiſmatis deſumpſit, ediditque. Venetiis, in folio anno 1570. formis Claudii Bacheti.

*Natalis Comes, ſive de Comitibus, Patricius Venetus.*

Æneæ Vici Parmenſis Auguſtarum Imagines ex Italico ſermone in Latinum tranſtulit. Vide ſupra v. Æneas Vicus.

*Octavius de Strada, à Roſberg, Germanus Jacobi filius, civis Romanus Imperatoris Rodulfi II. Antiquarius.*

Vitæ Cæſarum Imperatorumque Romanorum Orientalium & Occidentalium à C. Julio Cæſare ad Matthiam Auſtriacum Auguſtum. Francofurti in folio anno 1615. apud Joannem Bringerum & apud alios, &c.

Alteri editioni Francofordianæ anni 1629. in folio apud Eberardum Kitſerum acceſſerunt Hiſtoria & ſeries belli Bohemico-Germanici & Genealogia Ducum, Archiducum, Regum & Imperatorum ex illuſtriſſima familia Auſtriaca prognatorum.

*Onuphrius Panvinius, Veronenſis, Ordinis Auguſtiniani vir uſquequaque doctiſſimus.*

Faſti & Triumphi Romanorum à Romulo Rege uſque ad Carolum V. Auguſtum: ſive, Epitome Regum, Conſulum, &c. additis Imperatorum Orientalium & Occidentalium veriſſimis iconibus ex vetuſſimis numiſmatis quam fideliſſimè expreſſis ex Muſeo Jacobi Stradæ Mantuani civis Romani. Venetiis anno 1557. in folio literis capitalibus.

Idem eximius Antiquitatum Romanorum Scrutator in aliis ſuis operibus numiſmatum veterum meminit, & de

Monetis,

Monetis, & Ponderibus quædam ſubinde aſpergit.

*Paulus Albinianus de Raias, Societatis Jeſu, Præpoſitus Domus Profeſſæ Valentinæ in Hiſpania.*

Vide v. Vincentius de la Stanoſa.

*Paulus Petavius, Aurelianenſis, in ſuprema regni Francorum Curia Senator integerrimus.*

Veterum Nummorum γνώρισμα publicavit Pariſiis anno 1610. in 4. Illud mihi V. C. Alexander Petavius ejus filius, idemque Senator Pariſienſis eruditiſſimus atqne humaniſſimus dono dedit cum ejuſdem Auctoris Antiquariæ ſupellectilis portiuncula eodem anno eademque in urbe in æs inciſa, necnon Syntagmate de Nithardo Comite Caroli Magni ex filia nepote anno 1613. ac Diſſertatione de Epocha annorum Incarnationis Chriſti anno 1607. in lucem emiſſis.

*Petrus Antonius Raſcaſius, dominus de Bagarris, Cimeliarcha Regius.*

*La neceſſitè de reſtablir l' ancien uſage des parfaites Medailles, dans toutes les Monnoyes.* Pariſiis apud Joannem Berjon in 4. an 1611.

Idem in eam rem multa ſcripſerat, ſed omnia dumtaxat imperfecta, quorum nonnulla apud me ſervo.

*Petrus Carrera.*

Plurima numiſmata Catanenſium deſcripſit in Commentariis Hiſtoricis rerum Catanenſium Italico Sermone ab eo editis Catanæ in Sicilia anno 1641. in folio duobus voluminibus.

*Petrus Seguinus, Pariſienſis, ſancti Germani in Urbe Decanus, Abbas Fidemienſis, &c.*

De Numo Britannico Epiſtola ad Raphaëlem Trichetium du Freſne. Pariſiis anno 1659. in 8.

Ejuſdem Epiſtola altera ad Franciſcum Gottifredum Equitem Romanum ſuper dubiis quibuſdam ad numos familia-

familiarum Romanarum Fulvii Urſini ſpectantibus. Lutetiæ Pariſiorum in 8. anno 1660.

Plurima quoque Viri eruditi expectant indies ex ejus Antiquitatum Romanarum uberrimo promptuario.

*Philemon, Hollandus.*

Vide ſupra v. Joannes Speed.

*Philippus Paruta.*

*Della Sicilia di Paruta deſcritta con Medaglie Parte prima. In Palermo anno* 1602. *folio, è riſtampata con l' Aggiunta di Leonardi Agoſtini, all' Altezza Reale del Sereniſſimo Duca d' Orleans, zio della Maeſta Chriſtianiſſima.* Romæ in typographio Ludovici Grignani anno 1649. in folio.

Exhibita ab eodem Philippo Paruta Numiſmata Panormitanorum antiqua Annalibus ſuis Panorminis Italicè ſcriptis inſeruit, explicavitque Auguſtinus Juueges, Panormi tribus voluminibus in folio anno 1649.

*Philippus Roſſus.*

In Roma Antiqua & Roma Nova anno 1645. Romæ in 8. excuſis apud Franciſcum Monetum nonnulla exhibet Numiſmata.

*Proſper Pariſius, Conſentinus, Patricius Romanus.*

Tabulam Geographicam Regni Neapolitani antiquis ſuorum populorum numiſmatibus ornatam & illuſtratam cura & diligentia Proſperi Pariſii in ære expreſſit Natalis Bonifacius anno 1591.

Ejuſdem Proſperi Tabula Geographica Calabriæ ære eleganter inciſa à Natale Bonifacio Sebenienſi edita fuit anno 1592. cum antiquis Magnæ Græciæ Urbium & Populorum Numiſmatibus. Utramque alias vidi in exquiſitiſſima Raphaëlis Tricheti Fraxinei, cujus ſæpe jam alias meminimus, Bibliotheca.

*Raphaël Trichet Freſneus, ſive Fraxineus, Burdegalenſis.*

Epiſtola de Charondæ effigie in Catanenſi nummo argen-

teo expreſſa apud V. C. Petrum Seguinum Divi Germani in Urbe Antiſtitem. Pariſiis 1658. in 8.

Idem vir in hiſce aliiſque ſtudiis verſatiſſimus meditabatur accuratiſſimam Cretæ inſulæ deſcriptionem, & in eam rem tum tabulas Chorographicas, tum magnam numiſmatum antiquorum copiam ſibi comparaverat. Sed multa cogitantem mors oppreſſit. Eritne, qui inchoato operi ultimam admovere manum ſuſcipiat?

*Samuël Veyrel.*

*Indice du Cabinet de Samuel Veyrel avec un recueil de quelques antiquitez de Saintes & obſervations ſur quelques Medailles.* Burdegalæ 1635. in 4.

*Sebaſtianus Erizzus, Patricius venetus.*

*Diſcorſo di M. Sebaſtiano Erizzo ſopra le Medaglie de gli Antichi: con la Dichiaratione delle Monete Conſulari & delle Medaglie de gli Imperadori Romani.* Quarta editio à Caio Julio Cæſare ad Conſtantium Conſtantini Magni filium ab auctore recognita & aucta Venetiis anno 1559. in 4. excuſa fuit apud Joannum Variſcum & Paganinum Paganini. Cæteras ejuſdem libri editiones modo non moror.

*Sebaſtianus Munſterus.*

Libro ſecundo Coſmographiæ Univerſalis, ubi agit de Romanis Imperatoribus à Caio Cæſare ad Conſtantinum ejuſque poſteros, & libro tertio, ubi de Germaniæ Imperatoribus à Carolo Magno ad Carolum V. effigies illorum nonnullas craſſa Minerva expreſſas repræſentavit Lectoribus. Mihi liber ille editus eſt Baſileæ in folio anno 1559. apud Henricum Petri. Cæteras editiones aliis recenſendas relinquo ut in re haud magni momenti.

*Stephanus Vinandus Pighius.*

In Annalibus Romanorum tribus Tomis Antuerpiæ apud viduam Joannis Moreti anno 1615. in folio impreſſis

opera

opera ac ſtudio R. P. Andreæ Schotti è Socitate Jeſu, nonnulla ſubinde occurrunt veteris æris numiſmata.

*Theodorus Gallæus, Chalcographus.*

Illuſtrium Imagines ex antiquis marmoribus, numiſmatibus & gemmis expreſſæ, quæ extant Romæ Major pars apud Fulvium Urſinum, Theodorus Gallæus delineabat Romæ ex Archetypis & incidebat. Antuerpiæ anno 1598. ex Officina Plantiniana in quarto.

Iis adde ſis Joannis Fabri Bambergenſis Medici Romani in Imagines Illuſtrium ex Fulvii Urſini Bibliotheca Antuerpiæ à Theodoro Gallæo expreſſas Commentarium Antuerpiæ anno 1606. in 4. apud Balthazarem Moretum: atque hæc ſecunda editio illuſtrium imaginum auctior prodiit Appendice quadam ex eadem Fulvii Urſini Bibliotheca.

Philippus Gallæus Pictor item & Chalcographus in eadem urbe anno 1572. in lucem emiſerat in folio virorum doctorum de diſciplinis bene merentium effigies XLIV. ſed eæ ſunt recentiorum qui ad inſtitutum nummarium non pertinent ſed ad præcedentem potius Bibliothecam Bibliothecarum.

*Thomas Tarterus, ſeu Treterus, Polonus, Canonicus ſanctæ Mariæ trans Tiberim Romæ.*

Romanorum Imperatorum Effigies à Julio Cæſare ad Rudolfum II. Romæ edidit apud Franciſcum Coattinum anno 1590. in octavo. De eodem quoque, ni fallor, egimus ſupra v. Joannes Baptiſta de Cavalleriis.

*Vincentius Cartarius, Regienſis Italus.*

*Le Vere è nuove Imagini de gli Dei*, &c. Vide ſupra quæ diximus v. Laurentius Pignorius.

*Vincentius Joannes, de la Stanoſa, dominus de Figarvelas, Hueſcanus ſive Oſcenſis.*

*Muſeo de las Medallas deſconocidas Eſpagnolas. Publicalo*

*D. Vincentio Juan de la Stanoſa Senior de Figarvelas, hijo i ciudadano de Hueſca, illuſtrado con tres diſcurſos del Padre Paulo de Raius de la Compania de* Jeſus, *del Doctor Don Franciſco Ximenes de Urrea, i del Doctor Juan Franciſco Andres.* Oſcæ apud Joannem Nogues in quarto anno 1645.

*Vincentius Mirabella.*

*Antiqua Siracuſa con alcune ſcelte Medaglie d'eſſe & de Principi che quelle poſſedetero.* Neapoli, apud Lazarum Scoriggium in folio anno.

*Wolfgangus Lazius, Philoſophus ac Medicus Viennenſis atque Imperatoris Ferdinandi I. Hiſtoriographus.*

In libris XII. Commentariorum Reipublicæ Romanæ in exteris Provinciis bello acquiſitis conſtitutæ, totidemque de Gentium variarum Migrationibus, &c. in libris IV. rerum Viennenſium, in libris II. Hiſtoricarum commemorationum de rebus Græciæ aliiſque operibus Baſileæ apud Joannem Oporinum, Hanoviæ, & alibi deinceps editis, multa paſſim exhibuit, explicuitque Numiſmata Romana & Græca: ſed & peculiarem librum edidit oppidò nunc rarum ac vere ſingularem, qui ſic inſcribitur.

Commentariorum vetuſtorum Numiſmatum maximi operis & quatuor ſectionibus multarum rerum publicarum per Aſiam, Africam, & Europam antiquitatis Hiſtoriam nodoſque Gordianis difficiliores comprehendentis ſpecimen exile quoddam C. Julii Dictatoris Auguſti & Tiberii Cæſarum monetam, ſi quæ ex argento in forulis S. R. R. M. extat explicans, Tabulam videlicet ſectionis tertiæ partis ſecundæ primam. Viennæ Auſtriæ apud Michaëlem Zimmernam anno 1558. in folio.

*Anonymi agmen extremum claudent.*

Illuſtrium Philoſophorum & ſapientium effigies ab eorum Numiſmatibus extractæ: ſi quæ fides Anonymo collectori, atque excuſæ Venetiis in folio anno 1583. Eas

noſtra

noſtra mihi cum pleriſque aliis Bibliotheca ſubminiſtravit.

*Hiſtoire des Empereurs Romains depuis Jules Cæſar juſques à Poſtumus, avec toutes les Medailles d'argent qu'ils ont fait battre de leurs temps.* Pariſiis apud Stephanum Sommaville & Auguſtinum Courbé 1641. in folio.

*Sommario delle vite de gli Imperadori Romani con le loro effigie co i nomi de Pontefici che furono alor tempi.* Venetiis in charta expanſa.

Vir quidam eruditus orbi, ut aiunt, ſatis notus anno 1655. Seriam Chronologicam Imperatorum Romanorum à Caio Julio Cæſare ad Ferdinandum III. Auguſtum (cui exanguem mancumque ſcriptorum aliquot rei Numiſmaticæ catalogum ſubjecit) in Officina Plantiniana in 4. editam Sereniſſimo Principi Leopoldo Guillelmo Archiduci, &c. obtuliſſe perhibetur. Verum ea non tanti eſt, utpote parachroniſmis à capite ad calcem omniſque generis aberrationibus deformata, quas vel ipſi in rebus Chronologicis ac Philologicis tirones & deprehendere facile & refutare poſſint. Nos paratam habemus in Muſiva noſtra ſuppellectile ſeriem alteram Chronologicam ad ſanioris temporum doctrinæ amuſſim exactam quam cum curioſis rei Antiquariæ ac Nummariæ Lectoribus communicare, ſi Deus volet, non dedignabimur.

---

PARS

PARS ALTERA.

# *BIBLIOTHECÆ NUMMARIÆ*

## Ex Theologis, Juriſconſultis, Medicis ac Philologis concinnatæ,

## *De Monetis, Ponderibus & Menſuris.*

*Abulcain Arabs.*

SRipſiſſe Tractatum de Ponderibus & Menſuris perhibetur, qui in membranis Jacobi Golii poſt Ebenbitarum viſebatur ante annos 20. & quod excurrit. Ex Arabico ſermone in Latinum verſum fuiſſe aut typis vulgatum non accepi.

*Ælius Antonius Nebriſſenſis Hiſpanus, Grammaticus & Hiſtoriographus Regius.*

Repetitio ſeptima de Ponderibus quam recitavit in Salmanticenſi Gymnaſio IV. Idus Junias anni 1511. Compluti in 4. anno 1527. apud Michaëlem Eguya.

Ejuſdem Repetitio ſexta de Menſuris ad III. Idus Junias anni 1510.

Ejuſdem Repetitio octava de Numeris quam recitavit in eodem Salmanticenſi Gymnaſio III. Idus Junias anno ~~1512.~~

*Africanus, is forte de quo in Geoponicis & Hippiatricis.*

Frag-

Fragmentum Africani de re Nummaria extat poſt Hippocratis Coi Medicorum Principis opera omnia à Marco Fabio Calvo Ravennate Latinitate donata & Romæ edita anno 1532.

*Albertus Brunus, Aſtenſis, J.C.*

Tractatus inſignis Augmenti & diminutionis Monetarum. Extat pag. 207. Tomi XII. Tractatuum juris, tum etiam pag. 77. Boyſſianæ & pag. 353. Budelianæ Collectionum de re Monetaria.

*Albertus Quatrocchus.*

Diſputatio de officinæ Pharmaceutriæ veris & legitimis antiquorum ponderibus, in qua comprobatur pondera monetaria Veneta reſpondere iis quibus ætate Galeni utebatur Antiquitas. Huc quoque accedit Epitome Menſurarum Græcis Romanis & Arabibus Medicis olim familiarium. Venetiis apud Pinellum anno 1617 in 4.

*Aldus Manutius, ſeu Manuccius, Pauli F. Aldi N.*

De Drachmis & de Seſtertiis ad Joannem Vincentium Pinellum & Joannem Cratonem in libro de Quæſitis per epiſtolam. Venetiis apud Aldum in 8. anno. 1576.

*Alexander Sardus, Ferrarienſis.*

Liber, ſeu potius trium foliorum libellus de Nummis, in quo antiquam pecuniam Romanam & Græcam metitur pretio ejus quæ nunc eſt in uſu. Moguntiaci per Gaſparem Behem in 4. anno 1579.

Idem libellus anno 1648. recuſus fuit Patavii in 8 apud Paulum Frambotum hoc titulo: Liber de Nummis, in quo Priſca Græcorum & Romanorum pecunia ad noſtri æris rationem redigitur.

*Alphonſus Carranza.*

*El ajuſtamiento de las Monedas i la reduttion, &c.* Madriti in folio anno 1629.

*Andreas Alciatus, Mediolanenſis, J. C. celeberrimus.*

Libellus

Libellus de Ponderibus & Menſuris ſeorſim editus & in collectione omnium ejuſdem operum Lugduni 1560. in folio, Baſileæ itidem in folio anno 1582. &c.

Vertit quoque libellum Claudii Galeni de Menſuris qui poſt prædictum libellum excuſus eſt & præterea cum aliis Galeni operibus.

*Andræas Dinnerus, J. C.*

Diſputationes de Monetæ mutatione quoad ſolutionem. Noribergæ apud Simeonem Halbuceyer in 4. anno 1622.

*Andreas Lacuna, Secobienſis, Miles ſancti Petri & Medicus.*

Libellum de Ponderibus & Menſuris medicinalibus ſubjecit Epitomæ omnium Claudii Galeni operum. Baſileæ in folio apud Iſingrenium anno 1551. & apud Thomam Guarinum 1571. Argentorati apud Zetznerum 1604. ac Lugduni in decimo ſexto voluminibus quatuor anno 1553. apud Guillelmum Rovillium.

*Andreæ Lottini, Florentini.*

Duas Tariffas vidi impreſſas Lugduni Italica Lingua anno 1551. in octavo apud Michaëlem Sylvium.

*Andreas de Paiot, Primus Præſes Pariſiis in Curia Monetali.*

*Remonſtrances faites au Roy en ſon Conſeil d' Eſtat par la Cour des Monnoyes ſur le ſujet des deſordres qui ſe rencontrent en la Police des Monnoyes par M. André de Pajot Preſident en iccelle.* Pariſiis 1651. in 4.

*Remonſtrances de la Cour des Monnoyes, faites au Roy le 13. Janvier 1636. ſur l' Edit du mois de Decembre precedent regiſtré en ladite Cour de l' exprés commandement de ſa Majeſté porté par ſes Commiſſaires, le 23. dudit mois de Decembre.* Pariſiis in 4. anno 1656.

*Andreas Schottus, Antuerpianus, è Societate Jeſu.*

Tabula rei Nummariæ Romanorum Græcorumque, ad Belgicam,

Belgicam, Gallicam, Hiſpanicam & Italicam monetam revocatæ in Hiſtoria veterúmque ſcriptis perneceſſaria, ex Guillelmo Budæo, Georgio Agricola & Petro Ciacconio, cum brevi Catalogo eorum qui apud Græcos Latinoſque de ponderibus menſuris & re nummaria ſcripſerunt. Antuerpiæ in 8. apud Gerardum Wolſcharium anno *1616.*

*Angelus Politianus.*

Epiſtola XIII. libri X. ad Franciottum Urſinum tractat de ponderibus & menſuris, earumque notis. Epiſtolarum liber ſeorſim editus eſt ſæpius & una cum cæteris ejus operibus, in folio apud Aldum Venetiis, apud Aſcenſium Pariſiis anno 1519. cum Jacobi Sylvii in Epiſtolas Commentariis, Baſileæ denique anno 1553. apud Nic. Epiſcopium.

*Anonymi.*

De his ſeorſim agemus ad calcem hujus opuſculi, cùm nominatos notoſque ſuo quemque ordine præmiſerimus.

*Antonius Auguſtinus, J. C. præſtantiſſimus, Aliphanus primum tum Ilerdenſis Epiſcopus, ac tandem Tarraconenſis Archiepiſcopus.*

In libro II. Emendationum & Opinionum Juris nonnulla habet ad rem Monetariam ſpectantia.

Cap. VI. Scribendum eſſe aliquot Digeſtorum locis, decies centies aut millies.

Cap. VII. Seſtertium, denariumque non recte doctos quoſdam viros æſtimaſſe; & quæ ſit conſtitutionis ultimæ, de Donationibus juſta interpretatio.

Cap. VIII. de Aſſis & Unciæ partibus.

Cap. IX. de Auri, Æris, Argenti libra, aureo ſive ſolido, ſiliqua & tremiſſe.

Cap. X. De Centeſima uſura.

Cap. XI. de menſuris & vaſis & pedali menſura. Lugduni Tractatus ille editus eſt in quatuor tributus libros anno 1544. in octavo apud Sebaſtianum Gryphium, Ve-

 netiis

netiis item apud Juntas & Baſileæ apud Joannem Oporinum.

*Antonius Faber, Seguſianus, Sabaudici Parlamenti Camberiacenſis ſummus Præſes.*

De Nummariorum debitorum ſolutionibus.

Eſt quoque qui recenſet Antonini Soli, J. C. & Aſſeſſoris in Parlamento Pedemontano Tractatum de Monetis; quem non vidi.

*Antonius Harſmannus, J. C.*

Reſolutiones de re Monetaria ejuſque ſummis Regalibus anno 1615.

*Antonius, Monachus, Meliſſæ Auctor.*

Sermone LVI. agit de Ponderibus ac Menſuris Stateriſque iniquis. Extant verò Sermones illi Græcè ac Latine editi apud Froſchoverum Tiguri anno 1546. in folio interpretibus Conrado Geſnero & Joanne Ribitto.

*Antonius de Pineto, Noreii dominus.*

Ex Georgio Agricola aliiſque collegit Tractatum de ponderibus menſuris atque intervallis antiquorum, ediditque Gallicè ante vernaculam verſionem Hiſtoriæ Naturalis Caii Plinii ſecundi, quæ ſæpius prælum experta eſt Lugduni & Pariſiis.

*Antonius Theſaurus.*

Tractatus de augmento & variatione monetarum. Francofurti in 4. anno 1610.

*Auguſtinus Gadaldinus, Mutinenſis.*

Latinè reddidit librum Galeno adſcriptum de Ponderibus & Menſuris: ediderunt Juntæ Venetiis anno 1551. in folio cum Galeni operibus & ſæpe ſæpius conſequentibus annis.

*A. Petrus ſive de Petra, Narbonenſis.*

*Traitté des Monnoyes uſées, & de leur cours & de leur peſenteur: par A. de la Pierre, Narbonnois.* Pariſiis in 4. anno 1651.

*De l'utilité des grains de remede pour le peſement des monnoyes*

*noyes d' argent legeres ou uſées.* Pariſiis anno 1644.

*Aduis pour faciliter les payments en quarts d' eſcus de 21. ſols preſenté au Conſeil en Ianuier* 1645.

*Aduis ſur les propoſitions faites au Conſeil du Roy d' une fabrication de menuë monnoye d' argent ou de billon, preſenté par le meſme au Conſeil du Roy, au mois de Decembre de la meſme année.*

*Balbus, Menſor.*

Scripſit ad Celſum de Agrimenſoria, ratiocinatoriaque, aſſe nimirum, minutiſque ejus partibus.

Item de nominibus menſurarum librum, cujus meminit Raphaël Maphæus Volaterranus.

Item ſcripſit de Coloniis Latinis, &c. ut quidem ex Geſnero refert Simlerus in Bibliotheca.

Marchus Fabius Calvus Ravennas poſt Hippocratis omnia opera à ſe converſa & Romæ edita anno 1532. librum Balbi de Aſſe vulgavit & poſt eum Joannes Fredericus Gronovius in altera editione Commentarii de Seſtertiis.

*Bartholomæus di Paſi, Venetus.*

*Tarifa de i peſi & miſure correſpondenti del Levante al Ponente: & da una terra è luogo all' altro quaſi per tutte le parti del mondo, con la dichiaratione è notificatione di tutte robbe le che ſi tragono di uno paeſe per l' altro.* Venetiis ſuperioris ſæculi anno 40.

*Bartolomæus Socinus, Senenſis, J. C.*

Conſilium ejus in materia Monetarum in volumine Conſiliorum ejus ſecundo, ordine CCXCVII. extat cum aliis pluribus ejuſdem argumenti excuſum pag. 791. Budelianæ Collectionis.

*Bartolomæus Volcmarus, J. C.*

Ejus ac Joannis Wolfgangi Hilleri Diſcurſus & reſponſa juris tria ad quæſtiones in re Monetaria quotidianas I. Quando certus ſpecificæ monetæ numerus in contentionem venit, an

an aucto ejus extrinſeco valore tota corpora nummorum ſolvenda II. an certa quidem ſpecies in contractum venerit, quid ſtatuendum. III. An debitor, qui bonam recepit monetam æroſa & vili quæ tempore ſolutionis juſta eſt in aucto tamen valore ob reprobam ſolvere queat. Francofurti in octavo anno 1623. apud Joannem Carolum Unckelium. Jam verò ab anno 1615. prodierat Diſcurſus ejuſdem Juridicus de Monetarum ſolutione.

*Barræus, ſive, la Barre, Præſes in Electorum, ut vocant, Curia Rothomagenſi.*

*Traitté des eſpeces de Monnoyes, de la matiere, forme, ſigure & uſage d' icelles, dedié à Monſieur de Montholon Conſeiller d' Eſtat.* Rothomagi apud Joannem Oſmont anno 1622. in 8. cum libro qui inſcribitur, *le Formulaire des Eſleus*, & iterum ibidem anno 1627. in 8.

*Beda, Venerabilis dictus, Anglus, O. Benedictini.*

Tomo I. operum ejus varii præmittuntur Tractatus, atque inter cæteros: De Arithmeticis Numeris & menſa Pythagorica, de Computo, de Diviſionibus Temporum, de ratione Calculi ubi de Aſſe & partibus ejus, de numerorum diviſione, de loquela per geſtum digitorum, de ratione unciarum, &c. cum Bridferti Commentariis, quæ Lector per ocium conſulet.

Quædam ex iis editæ vidi cum adnotationibus Eliæ Vineti Santonis ad Voluſium, Rhemmium, Priſcianum, &c. Pariſiis anno 1565. in 8. apud Sebaſtianum Nivellium.

*Benedictus Arias Montanus, Hiſpalenſis.*

Thubalcaim, ſive Tractatus peculiaris de ſacris Ponderibus ac menſuris, de cubito, de Satho, de Siclo, cum Hebraicæ linguæ Idiotiſmis, &c. Vide Tomum Apparatus ſacri ad Biblia Regia Plantiniana 1572. quorum editioni maximam partem præfuit.

*Bernardinus Pratiſvolus, Regienſis.*

Con-

*Conſiderationi del M. Barnardino Pratiſvoli, Regiano, ſopra l' Aliti gonfo del Segnor Gaſparo Caruſſi, nelle quali con chiariſſime ragioni ſi tratta delle monete. In Reggio per Flavio è Flaminio fratelli de Bartoli* 1604. folio.

*Bernardus Zorbinus.*

*Traitté ſur le debordement ou ſurhauſſement, de la Monnoye advenu au pays de Provence ès années* 1590. 1591. 1592. & 1593. *avec la reduction & juſte prix qui doit eſtre payé par ceur qui ont emprunté pendant ce temps, par M. Bernard Zorbin.*

*Bilibaldus PirKeimerus, Noricus, Patricius Noribergenſis,*

De Priſcorum numiſmatum ad Nurembergenſis Monetæ valorem æſtimatione libellus Tubingæ anno 1533. apud Ubricum Morhardum, Norimbergæ apud Joannem Petreium 1542. in quarto, cum Gabriëlis Byel, Joannis Aquilæ & aliorum Tractatibus Monetariis, & in collectione omnium PirKheimeri operum Francofortenſi anno 1610. Conſulendas quoque moneo pag. 34. Boyſſianæ & pag. 440. Budellianæ Collectionum de re Monetaria.

*Blancus, ſive, le Blanc.*

*Traitté & aduis ſur le deſordre des Monnoyes & diverſité des moyens d'y remedier, par M. L. B.* Pariſiis anno 1600. in 4.

*Advertiſſement au Roy & à Nos Seigneurs de ſon Conſeil & de ſes Eſtats, pour remedier aux deſordres & confuſions qui s'exercent à preſent ſur le fait des Monnoyes ayant cours en ce Royaume ſelon leur valeur & bonté interieure en poids & loy, avec l'evaluation des poids & trebuchets, par M. L. B. enſuitte de ſa remonſtrance ſur ce ſujet.* Pariſiis anno 1615.

*Cælius Secundus Curio.*

De Menſuris Romanorum Tractatus extat à Joanne Hervagio excuſus cum Tito Livio Baſileæ anno 1549.

*Caius Plinius Secundus.*

Libro

Libro XXXIII. Hiſtoriæ ſuæ naturalis de Metallis auro, argento, ære, ac monetis multa habet: de ponderibus vero ac menſuris libri XXI. capite poſtremo.

*Carolus Molinæus Pariſinus, J. C.*

Tractatus de mutatione Monetarum in XI. quæſtiones digeſtus legitur à pag. 475. Budeliani Syſtematis deſcriptus ex collectione Matthæi Boyſſii, qui rectè advertit Tractatum illum nihil eſſe aliud quam extrema XI. capita à XC. ad C. libri Commerciorum & Uſurarum redituumque pecunia conſtitutorum & Monetarum, qui ſeorſim anno 1555. in 4. Pariſiis & alibi atque una cum cæteris ejus operibus excuſus fuit. Gallicè quoque Pariſiis prodiit anno 1556. *Sommaire du liure Analytique des Contrats, Uſures, Rentes, Conſtitutions, intereſts & Monnoyes, par M. Charles du Moulin.*

*Chriſtophorus Beſoldus.*

Inter cæteros ejus Tractatus Politico-Juridicos non omiſit de Nummis ac re Monetaria in unum plurima pro more congerere.

*Claudius Galenus, Pergamenus Medicus.*

Ejus nomine inſignitus circumfertur brevis Tractatus de Ponderibus & Menſuris ſæpe recuſus, tum una cum omnibus ejus operibus, tum ſeorſim, interpretibus Andrea Alciato, Michaële Neandro, aliiſque.

Non eſſe Galeni, (qui ſub Severo Imperatore anno Chriſtianæ epochæ ducenteſimo, ut alias in ejus Chronologico Elogio evicimus, diem obiit extremum,) integrum ſaltem tractatum illum, ut modo legitur docet vel ipſa mentio Oribaſii in libro quem κατὰ Αδαμάντιον ſcripſiſſe perhibetur.

Videndus porro ejuſdem Galeni Tractatus de compoſitione Medicamentorum per genera, ubi Andromachum, Heram, Heraclidem, alioſque veteres in pluribus redarguit.

In

*Claudius Salmaſius, Divionenſis.*

In notis ad Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores, ad Tertuliani pallium, ad Solinum, in Confutationibus, in libris de Uſuris, Mutuo, Fœnore, ac ſimilibus ſæpe veterum Græcorum Romanorumque Rem Nummariam attigit, ſed non ſemper εὐστόχως, ut docent tum Kercoetiani Maſtigophori tres valentiſſimi, tum nuperæ eruditorum Virorum obſervationes, quas conſulat curioſus Lector.

Prodiit nuper Lugduni Batavorum cum aliis Salmaſianis edita epiſtola ad Joannem Walæum ordine 67. in qua de Ponderibus & Menſuris Hebræorum breviter ediſſerit.

*Cleopatra, Ægypti Regina, ut vulgo creditur, vel quemadmodum mutato ſexu ſcribere ſolet Joſephus Scaliger, Cleopatras quiſpiam.*

Libellus de Ponderibus & Menſuris accuratiſſimè ſcriptus atque ex ejuſdem Reginæ ſive ſcriptoris Coſmeticis, hoc eſt compoſitis de munditie & ornatu libris, expreſſus extat cum ſeorſim tum una cum Galeni tractatu de Ponderibus in collectione omnium ejus operum ex verſione Andreæ Alciati, Michaëlis Neandri, &c.

*Conradus Geſnerus, Tigurinus, Medicus.*

Menſuræ apud veteres Græcos & Latinos ſcriptores uſitatæ liquidorum & aridorum ita diſpoſitæ ut quæ ſunt majoris ponderis ſemper præcedant: ſic enim veteribus facilius noſtræ atque aliarum gentium menſuræ conferentur. Tiguri apud Froſchoverum anno 1584. in 8. cum Dominici Maſſarii de Ponderibus & Menſuris Medicinalibus, libris tribus, ab innumerabilibus mendis ejus opera expurgatis.

*Conſtans de Silvecane, Præſes Curiæ Monetalis.*

*Extrait des Ordonnances Royaux, concernant l'eſtabliſſement & juriſdiction des Commiſſaires de la Cour des Monnoyes,*

re-

*recueilly par M. Conſtant de Silvecane, Preſident en la Cour des Monnoyes.* Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoiſy, 1652.

*Conſtantinus Monachus, natione Afer, Ordinis Benedictini Congregationis Caſſinenſis.*

De Ponderibus Medicinalibus librum peculiarem ſcripſiſſe dicitur à Caſpare Wolphio poſt Simlerum in Epitome Geſnerianæ Bibliothecæ. Vide ejus opera Baſileæ excuſa, anno 1536. apud Henricum Petri.

*Cuthbertus Tonſtallus, Dunelmenſis in Anglia Epiſcopus.*

Guillelmi Budæi libros de Aſſe & partibus ejus in Epitomen redigiſſe dicitur. Libros certé ejus quatuor de Arte ſupputandi habemus excuſos. Lutetiæ apud Robertum Stephanum anno 1529.

*Cyriacus Schreiman.*

Proba, hoc eſt de Ponderibus & libris omnium Metallorum Germanico idiomate, una cum ſubtilitatibus quibuſdam ad Alchymiam & artem Metallicam facientibus. Francofurti ad Mœnum in 4. anno 1578.

*Cyriacus Spengemberg.*

Tractatus ab eo ſcriptus Germanicè de bono & malo uſu Monetarum editus fuit Francofurti in folio anno 1592. cum Memoriali Monetarum Tilemandi ubi agitur de earum materia, forma, valore, &c.

*Daniel Angelocrator.*

Doctrina de Ponderibus, menſuris, & monetis per orbem omnem uſitatis, ex probatiſſimis quibuſque ſcriptoribus conquiſita, examinata, ac in aphoriſmos & tabellas redacta. Francofurti in 4. apud Godefridum Tampachium anno 1617.

Idem ſecundam editionem auctiorem atque emendatiorem anno 1628. dedicavit Amſtelodamenſis civitatis Senatui.

De-

*Demetrius Alabaldus.*

Quædam de Minutiis: item de Ponderibus & menſuris edidit impreſſa Venetiis à Joanne Tacuino anno 1525. in 4. cum Valerio Probo, Petro Diacono, & aliis quibuſdam. Extant quoque in Collectione Auctorum Linguæ Latinæ in unum corpus redactorum à Dionyſio Gothofredo apud Geneuenſes & alibi in 4. editorum.

*Didacus Covarruuias, à Leyva, Toletanus, J. V. D. eximius & Epiſcopus Segobienſis ſupremique Hiſpaniarum Senatus Præſes.*

Collatio veterum numiſmatum cum his quæ modo exponuntur publica & regia auctoritate percuſſa, extat tum in Collectione omnium ejus operum Lugdunenſi 1568. Veneta 1571. Lugdunenſi alia 1594. ex Officina Juntarum qua ego uſus ſum, & aliis, tum in Budelliana Sylloge pag. 578. tum etiam ſeorſim Francofurti anno 1571. & antea Salmanticæ in Hiſpania apud Andream à Portonariis.

Ne verò quis erret, monendi ſunt Lectores, Tomo XII. Tractatuum juris folio 220. & apud Matthæum Boyſſium excuſa fuiſſe tantum poſtrema duo capita VII. & VIII. cæteris omiſſis.

*Dinus de Garbo, Florentinus, Medicus.*

Tractatus de Ponderibus & menſuris cum ejuſdem Chirurgia aliiſque opuſculis Ferrariæ apud Andream Gallicum anno 1485. in folio & Venetiis 1536. apud Lucam Antonium Juntam in folio.

*Diodorus, antiquus ſcriptor.*

De Ponderibus & Menſuris brevis tractatus extat poſt Hippiatrica, ſeu duos de re Veterinaria libros à Joanne Ruellio Sueſſionenſi Medico Latinitate donatos editoſque Pariſiis.

Non apparet tamen in Græca Hippiatricorum collectione, nec in Manuſcripto noſtro codice optimæ notæ eoque

antiquiſſimo, in quo extant quædam ſimilia iis quæ Galeno tribuuntur, quædam etiam ab iis omnino diverſa.

Conradus Geſnerus teſtatur Græcè ſcriptum in Italia aſſervari, ejuſdemque videtur meminiſſe Georgius Agricola in Præfatione in librum de Ponderibus & menſuris.

*Dionyſius Godefridus, Procurator Regius in Curia Monetali.*

*Advis preſenté à la Reyne pour reduite les Monnoyes à leur juſte prix & valeur, empeſcher le ſurhauſſement & empirance d'icelles, par Denis Godefroy Procureur General en la Cour des Monnoyes.* Pariſiis apud Petrum Chevalier 1611. in 8.

*Dionyſius Petavius, Aurelianenſis, è Societate Jeſu.*

S. Epiphanii librum de Ponderibus & menſuris Latinè vertit & doctiſſimis animadverſionibus illuſtravit, quibus ſubjecit diatribam de Folle, de Miliarenſi ac nummorum minutiis. Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoiſy & alios 1622. in Folio.

*Dioſcorides, Anazarbeus, Medicus.*

In Tractatu de Ponderibus qui Galeno tribui ſolet poſt Cleopatræ & Hippiatricorum menſuras extat Dioſcoridis fragmentum ex majori opere περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν καὶ περὶ μέτρων ὑγρῶν. Sparſim quoque in operibus quæ præ manibus omnium habentur nonnulla admiſcet ad hoc argumentum ſpectantia, nec omittendi eruditiſſimi illorum interpretes & Scholiaſtæ.

*Dominicus Maſſarius, Arcignaneus, Vicentinus.*

De ponderibus & menſuris Medicinalibus libri tres ex Græcis Arabicis & Latinis rei Medicæ ſcriptoribus diligentiſſimè conſcripti. Papiæ apud Bernardinum de Garaldis anno 1516. in folio cum Anglo Benedicto, &c. Tiguri vero anno 1584. in octavo apud Froſcoverum cum Conradi Geſneri de eadem re libello & aliis ſtudio Caſparis Wolphii Tigurini in lucem editis. *Edvar-*

*Edvardus Brerewood, Anglus, Aſtronomiæ Profeſſor Londini in Collegio Greſſamenſi.*

De ponderibus & pretiis veterum nummorum, eorumque cum recentioribus collatione liber unus. Londini apud Joannem Billium, in quarto anno 1614.

Idem tractatus nuper recuſus prodiit in Apparatu ad Biblia Polyglotta Bryani Waltoni, cum Jacobi Tirini de eodem argumento ex variis auctoribus collectione.

*Elbertus Leoninus, primarius juris profeſſor in Academia Lovanienſi & Cancellarius Ducatus Geldriæ & civitatis Zutphaniæ.*

Conſilium ejus in materia Monetarum ordine XXXI. Extat cum quibuſdam aliis pag. 724. Budelianæ collectionis.

*Elias Vinetus, Santo.*

In Quintum Rhemmium, Fannium, Priſcianum, Bedam atque Voluſium notas & emendationes edidit cum ſeorſim vulgatas Pariſiis in 8. anno 1565. apud Sebaſtianum Nivellium, tum ad calcem libri de re Nummaria à Franciſco Hotamanno excuſas.

Ipſius quoque Guillelmi Budæi libros V. de Aſſe & partibus ejus in compendium redegit.

*S. Epiphanius, Conſtantiæ Cypri Epiſcopus.*

Librum edidit de ponderibus & menſuris à Jano Cornario primum, tum à R. P. Dionyſio Petavio S. I. Latinitate donatum. Extat Tomo II. operum Epiphanii editionis Pariſienſis anno 1622. in folio apud Sebaſtianum Cramoiſy & alios: nam Baſileenſem apud Robertum Winter, aliaſque nunc omitto.

*Erycius Puteanus.*

Pecuniæ Romanæ ratio ad noſtram facillimo calculo revocata. Lovanii ex officina Riviana in 12. anno 1620. Antuerpiæ apud Belleros & Coloniæ apud Conradum

Burgenium atque in eadem urbe Antuerpienſi anno 1628. ad calcem opuſculi Claudii Chiffletii de Numiſmate antiquo in 8.

Ejuſdem Erycii Puteani de ſtipendio militari apud Romanos Syntagma, quo modus ejus hactenus ignoratus conſtituitur. Lovanii ex eadem officina Riviana 1620. in 12.

*Franciſcus Aretius, J. C.*

Duo ejus in materia monetarum Conſilia XI. videlicet & CXII. Budelius edidit cum aliis pag. 679. & ſequentibus ſuæ Collectionis.

*Franciſcus de Avila.*

Tractatus de Monetis anno 1590.

*Franciſcus Balbus, Advocatus Regius in Curia Monetali.*

*Raiſons de l'Edit & Reglement des Monnoyes du mois de Novembre 1614. par François le Begue Conſeiller & Advocat General de ſa Majeſté en la Cour des Monnoyes.* Pariſiis apud Viduam Nicolai Roffert anno 1615. in 8.

*Traitté & advis ſur les deſordres des Monnoyes & diverſitè des moyens d'y remedier.* Pariſiis anno 1600. in 8.

*Franciſcus Bonafides, Medicus.*

Commentarium de ponderibus minoribus & grano ſcripſiſſe dicitur Tomo I. ſuorum operum quæ Joſias Simlerus in Bibliothecæ Geſnerianæ Epitome commemorat quidem, ſed neſcire ſe fatetur num divulgata ſint. Certè Joannes Antonides Vanderlinden in Catalogo de ſcriptis Medicis etiam tertium recuſo de eo ne verbum quidem.

*Franciſcus Broæus, J. V. D. & Profeſſor in Academia Bituricenſi.*

Orationem habuit in Auditorio Juris, maxima omnium ordinum frequentia publicique deinde juris fecit hoc titulo: Parallela legis & Nummi: quibus triplex Juris ſpecies Naturalis, Gentium & Civilis, Philologicè exponitur.

nitur. Pariſiis apud Mathurinum du Puys anno 1633. in Octavo.

*Franciſcus Curtius, Senior, Papienſis, J. V. D.*

Tractatus Monetarum extat Tomo XII. collectionis ampliſſimæ Tractatuum utriuſque juris folio 205. unde in Boyſſianam pagina 60. & in Budellianam pag. 455. Monetarias collectiones derivatus eſt: videndæ quoque operum ejuſdem Juriſconſulti Venetæ editiones.

Prodiit quoque Francofurti apud Nicolaum Steinium anno 1610. in 8. Tractatus, ut dicitur, prope divinus de jure fiſci & de numiſmatibus.

*Franciſcus Garraltus, de Gorgiis, Generalis Præfectus Curiæ Monetalis, tum Franciæ Theſaurarius, &c.*

*Les recherches des Monnoyes, poids & maniere de nombrer des premieres & plus renommeés Nations du monde reduites aux Monnoyes, poids & maniere de nombrer des François diviſées en trois Liures, par François Garrault, ſieur de Gorges, &c.* Pariſiis apud Martinum Juvenem 1576. in 8.

*Memoires & recueil des nombres poids meſures & Monnoyes anciennes & modernes des nations plus renommées, r' apport & conference des unes aux autres avec une reductian aux Royales de la France, qui ſont en uſage en la ville de Paris.* Lutetiæ Pariſiorum apud Jannetum Mettayer 1595. in 8.

*Recueil des principaux aduis donnez en l' Aſſemblée de S. Germain des Prez ſur le contenu des memoires preſentez à ſa Majeſté eſtant à Poictiers, portant l' établiſſement du compte par eſcus & ſuppreſſion de celuy par ſols & liures, avec les Paradoxes, ſur le fait des Monnoyes, par François Garrault Seigneur des Gorges Conſeiller du Roy, & General en la Cour des Monnoyes.* Pariſiis apud Jacobum du Puys anno 1578. In octavo ſeorſim itemque cum libello Joannis Bodini.

*Sommaire des Edits & Ordonnances Royaux, concernans la Cour des Monnoyes & Officiers particuliers d' icelles, enſem-*

*ble les Changeurs, Orfeures, & autres répondans & juſticiables de ladite Cour.* Turonibus apud Jametum Mettayer 1590. in S. & iterum Pariſiis 1612. in octavo & 1632. apud Jacobum Beſſin in 8.

*Des Mines d' argent trouuées en France, ouurage & Police d' icelles, par François Garrault ſieur des Gorges,* &c. Pariſiis 1579. in 8.

*Franciſcus Grimaldetus, Regius in Præſidiali Andegavorum Curia Advocatus.*

*Des Monnoyes augment & diminution du prix d' icelles lieure unique, par François Grimaudet, Advocat du Roy au Seige Preſidial d' Angers:* Pariſiis apud Martinum Juvenem anno 1576. in 8. Itidem apud Hieronymum Marneffium & viduam Guillelmi Cavellat anno 1585. in 8.

*Parapheaſe des droits des uſures & contracts pignoratifs.* Pariſiis. 1587. in 8.

Item *les opuſcules politiques du meſme.* In eadem Pariſienſi urbe anno 1580. in 8.

*Franciſcus Hotomannus Pariſinus J. C.*

Liber de re Nummaria Populi Romani, ejuſdemque diſputatio de Aureo Juſtinianeo adverſus obſervationem quamdam Jacobi Cujacii libro XIX. de Juſtiniana Aurei obſervatione, cum Voluſii Metiani, Rhemmii Fannii, & Priſciani Cæſarienſis opuſculis de Aſſe, Ponderibus & Menſuris, ac Budæi & Agricolæ breviario de Aſſe. Geneuæ apud Guillelmum Læmarium, anno 1585. in octavo.

Eadem vero diſputatio jam ab anno præcedenti fuerat excuſa Baſileæ in octavo, per Euſebium Epiſcopium.

*Gabriël Byel, Spirenſis, S. T. L. & in Schola Tubingenſi lector ordinarius, Ordinis Clericorum in communi viventium.*

De monetarum poteſtate ſimul & utilitate libellus aureus auctore doctiſſimo viro Gabriële Byel cum libellis Joannis

Joannis Aquilæ, Bilibaldi PitKheimeri, & aliorum editus eſt primùm (ut quidem àrbitror, ſaltem priorem hactenus editionem non novi) Norimbergæ apud Joannem Petreium anno 1542. in 4. Deinde initio Collectionis Monetariæ, Matthæi Boyſſii, Coloniæ Agrippinæ anno 1574. in 8. Cumque omiſſus fuiſſet neſcio quam ob cauſam à Budelio & raro incurreret, recuſus deinde eſt cum libris duobus de re Monetaria Marquardi Freheri, & Nicolai Oreſmii tractatu de Mutationibus monetarum anno 1605. in 4. Lubduni (ſic enim ſcribitur neſcio quis in Germania locus, ne quis paullo quàm par ſit argutior erratum hic aliquod topographicum ſuſpicetur) apud Gothardum Vœgelinum.

*Gaſpar Antonius Theſaurus, ſeu Teſſaurus, Senator Pedemontanus.*

De mutatione ac falſitate monetæ, ſive de augmento, variatione ac diminutione monetarum Tractatus varii ex Bibliotheca Gaſparis Antonii Theſauri, Auguſtæ Taurinorum anno 1609. & anno ſequenti 1610. in quarto. Francofurti apud Jacobum Fiſcherum.

*Gaſpar Scioppius, Francus, vir deſultoriæ levitatis.*

Sub Paſchaſii Groſippi larua deliteſcens occurret tibi, Lector, paullo poſt infra v. Joannes Fredericus Gronovius.

*Gaſpar Scaruffus, Regienſis.*

*L' Alitinonfo di M. Gaſparo Scaruffi, Regiano, par fare Ragione è concordauza d' oro & d' argento che ſervira in univerſale tanto per provedere a gli infiniti abuſi del toſare & guaſtare monete, quanto per regolare ogni ſorte di pagamenti, è redurre anco tutto il mondo ad una ſola moneta.* Regii in Æmilia apud Hercolianum Bartolum 1582. in folio.

In eadem quoque urbe eodemque anno prodiit:

*Breve inſtruttione ſopra il diſcorſo dal mag. M. Gaſparo Scaruffi per regolare le coſe delli denari.*

*Gaſpar Waſerus, Tigurinus.* De

De antiquis numis Hebræorum Chaldæorum & Syrorum quorum ſacra Biblia & Rabbinorum ſcripta meminerunt, libri duo: quibus cum ſacri tum profani Auctores locis innumerabilibus illuſtrantur additis figuris ære expreſſis. Tiguri in officina Wolphiana 1605. in 4.

De antiquis menſuris Hebræorum, quarum ſacra Biblia meminerunt, libri tres; quibus interſperſæ ſunt menſuræ Ægyptiorum, Arabum, Syrorum, Perſarum, Græcorum & Romanorum, quæ cum ipſæ per ſe explicantur, tum per has Hebraicæ. Heidelbergæ apud Gothardum Vœgelinum 1610. in 4.

*Gaſpar Wolphius, Tigurinus.*

Tabula generalis diverſorum ponderum ac totius ſecundi libri Dominici Maſſarii, Vicentini, de Ponderibus quaſi quoddam compendium deducens ſemper majora in minora, & oſtendens quoties minor in majore contineatur, una cum ejuſdem Abaco ſive Tabula ponderum & menſurarum atque Alphabetica enumeratione Virorum illuſtrium ex Bibliotheca Joſiæ Simleri collectorum, qui de ponderum & menſurarum doctrina vel integros libros aut tractatus ſcripſerunt, vel ſaltem obiter aut ſummarie in ſuis ſcriptis hanc materiam attigerunt. Tiguri apud Froſchoverum 1584. in 8. cum Dominici Maſſarii de eodem argumento libris tribus & Joſiæ ejuſdem Simleri atque Conradi Geſneri quibuſdam Appendicibus.

*Georgius Agricola, Kempnicenſis, Medicus ac Philoſophus inſignis.*

Libri quinque de Menſuris ac ponderibus, in quibus pleraque à Guillelmo Budæo & Leonardo Portio parum animadverſa diligenter excutiuntur. Pariſiis apud Chriſtianum Wechelum in octavo anno 1533.

De Menſuris & Ponderibus Romanorum atque Græcorum libri V. De externis menſuris ac ponderibus libri II.

Ad ea quæ Andreas Alciatus denuo diſputavit de ponderibus & menſuris brevis defenſio lib. I. De menſuris, quibus intervalla metimur lib. I. De reſtituendis ponderibus atque menſuris lib. I. De pretio metallorum & monetis, pondere, temperatura, &c. libri tres Baſileæ apud Hieronymum Frobenium, 1550. in folio.

Omitto ejuſdem Georgii Agricolæ libros de ſubterraneis Foſſilibus & omni re Metallica cum obſervationibus Georgii Fabricii, &c. ut moneam Lectores meos, quæ mei ſunt inſtituti; ex ejus nimirum operibus de Ponderibus & Menſuris libellum fuiſſe collectum, & Gallica lingua ſcriptum Gallicæ Plinii verſioni præmiſſum fuiſſe in editionibus Lugdunenſibus & Pariſienſibus, interprete Antonio Pineto; de quo diximus.

*Georgius Caſſander, Brugenſis, Flander.*

Supputatio rei Nummariæ Romanorum ac Græcorum ad Monetam Flandricam: Gandavi in 8. editum libellum illum aſſerit Valerius Andreas Deſſelius in Bibliotheca ſua Belgica, ſed annum non adſcribit, niſi forte junctus fuerit ſententiis ſelectioribus ex Plautinis Comœdiis collectis, quas ibidem ait editas fuiſſe eadem forma anno 1536. typis Jodoci Lamberti.

In editione Pariſienſi quæ dicitur omnium operum Caſſandri apud Abraamum Pacard in folio *1616.* nec ſupputatio illa rei Nummariæ nec ſententiæ illæ Plautinæ apparent.

*Georgius Heniſchius, Bardfeldenſis, Medicus & Mathematicus Auguſtanus.*

De *Aſſe* & partibus ejus. Auguſtæ Vindelicorum apud Sebaſtianum Mylium typis Davidis Franci anno *1606.* in 8. anno præcedenti eadem forma, De numeratione multiplici vetere & recenti in eadem urbe.

*Germanus Conſtant, Iudex Monetalis Toloſæ.*

*Traitté de la Cour des Monnoyes & de l'eſtenduë de ſa Juriſdiction, diviſé en cinq parties I. des premiers Generaux Maiſtres des Monnoyes. II. de leur erection en Chambre des Monnoyes. III. de ſa creation en Chambre Souveraine. IV. des Generauu Provinciaux & ſubſidiaires. V. Des Juges Gardes des Monnoyes. Le tout juſtifié par Chartres, Edits, Ordonnances & Declarations de nos Roys, & Arreſts de leur Conſeil & redigez en ordre Chronologique.* Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoiſy an. 1658. in folio.

*Guido ſeu Vidus Pancirollus, I. C.*

Vide cap. 66. lib. I. Theſauri variarum ejus lectionum.

*Guillelmus ſeu Willelmus Antonii Freundeberg.*

Vide infra v. Joannes Kitzelius.

*Guillelmus Budæus, Pariſinus, Franciſci I. Francorum Regis à Secretis & Conſiliis.*

De Aſſe & partibus ejus libri V. Pariſiis in folio annis 1616. & 1524. apud Jodocum Aſcenſium, Venetiis in Officina Aldi 1522. Coloniæ apud Soterem 1528. in 8. adjecto etiam Breviario per eundem Budæum ſcripto, Lugduni in 8. anno 1542. Denique Pariſiis ab auctore noviſſimé recogniti & locupletati in fol. apud Robertum Stephanum & Lugduni item apud Gryphium 1550. in 8.

Eidem quoque tribuitur libellus de Moneta Græca ad Gallicam pecuniam æſtimata.

Plures Epitomen librorum illorum ſcripſerunt, inter quos præcipui numerantur, Cuthbertus Tonſtallus, Elias Vinetus, Staniſlaus Grepſius, &c.

Extat quoque lingua vernacula editus anno 1529. Pariſiis libellus hoc titulo. *Sommaire ou Epitome du liure* de Aſſe, *par M. Guillaume Budé.*

*Guillelmus Philander, Caſtilionenſis.*

Epitome de ponderibus & menſuris Romanorum ex libris Georgii Agricolæ. Extat poſt tractatum Franciſci Hoto-

Hotomanni de re Nummaria & poſt Vitruvii libros de Architectura doctiſſimis ejuſdem Philandri annotationibus illuſtratos, Romæ, Lugduni, Argentinæ, Pariſiis, & alibi ſæpius excuſos.

*Guillelmus Rondeletius, Monſpelienſis Medicus.*

De ponderibus ſive juſta quantitate & proportione Medicamentorum liber Patavii, Lugduni, Antuerpiæ, atque alibi editus cum aliorum libellis de Doſibus qui ſane ad inſtitutum Bibliothecæ noſtræ Nummariæ nihil aut parum admodum conferre videntur, ideoque prætermiſſi, ac Medicis ac Pharmacopolis relicti.

*Hadrianus Junius, Hornanus, Medicus.*

Juniores conſulant caput unum alterumve Nomenclatoris ejus anno 1567. ac deinceps multis in officinis Urbibuſque recuſi.

*Henningus Gæden, Havelbergenſis, J. C.*

Conſilium ejus LXXVII. quod ad Monetarium negotium ſpectat, edidit Budelius pagina 792. ſuæ Collectionis.

*Henningus Rennimannus, J. V. D. & Profeſſor Erphurdienſis.*

Deciſio controverſiæ Monetariæ circa bonitatis in moneta extrinſecæ ſive valoris vulgo recepti incrementum & decrementum, cujus id creditoris an debitoris lucro vel damno veniat. Erfurti apud Martinum Spangenb anno 1610.

*Henricus Bocerus, J. C. & Profeſſor Londinenſis.*

De Ponderibus & pretiis veterum nummorum eorumque cum veteribus collatione liber unus, ſive Tractatus de jure Monetarum, cui adjecta eſt ejuſdem controverſarum Concluſionum Centuria. Francofurti apud Bernerum, anno 1614. & Tubingæ eodem anno.

*Henricus Buntingus, Grunoenſis, Prædicans in Ducatu Brunſwicenſi.*

De Monetis & menſuris Sacræ ſcripturæ libellus Germanica lingua editus Magdeburgi in octavo anno 1583.

*Henricus Howerde, Suriæ in Anglia Comes.*

De Ponderibus & menſuris, libros duos confeciſſe perhibetur à quibuſdam. Verum Simlerus ex Joanne Balæo eorum non meminit, docetque decollatum Londini 1547.

*Henricus Hornmannus.*

Diſputatio Monetarum in diſcuſſione contentionum crediti & ſolutionis hoc tempore inter mercatores & alios qui in foro verſantur; valde utilis per interrogationem & reſponſionem. Vide pag. 361. Collectionis Boyſſianæ & 667. Budelianæ.

*Henricus Lorittus, Glareanus à patria Glarona Helvetiorum urbe vulgo ſic dictus.*

De Aſſe & partibus ejus liber. Baſileæ anno 1550. apud Iſingreinium in folio.

Videndi quoque ejuſdem Commentarii in Caii Suetonii Tranquilli Claudium & Galbam Imperatores.

*Henricus Mameranus, Lucemburgenſis, J. C.*

Priſcæ Monetæ ad hujus noſtri temporis diverſas aliquot nationum monetas ſupputatio collecta ann 1550. & ſequenti anno Coloniæ Ubiorum edita apud ipſum Auctorem extat pag. 661. Budeliani Syntagmatis.

*Henricus Poulain, in Curia Monetali Senator Regius.*

*Traitté des Monnoyes pour un Conſeiller d' Eſtat.*

Pariſiis 1621. in 4. cum reſponſione ad librum Dionyſii Godefridi.

Quæ verò ſequuntur in mſſ. duntaxat codicibus leguntur, ut audio.

*I. Conference des Monnoyes de France, d' Eſpagne, & d' Angleterre.*

*II. Autre Conference des Monnoyes de France à celles d'*

*d' Eſpagne & reduction de 24. ſortes de poids de pluſieurs Royaumes. Principautez & Seigneuries differents de celuy de Paris.*

*III. Le prix du marc d' or & d' argent, depuis l' année 1300. juſques en 1614.*

*IV. De quatre eſpeces de ſurhauſſement : & comment ils aduiennent : de quel genre eſt celuy d' a preſent & de la neceſſité & utilité qu'il y a d' enuoyer en Eſpagne auparavant le Reglement general des Monnnoyes de France preſenté à Monſeigneur le Chancelier le 7. Feurier 1615.*

*Henricus Uranius, Reſſenſis in Clivia.*

De re Nummaria Menſuris ac ponderibus Epitome ex Budæo, Portio, Alciato, & Agricola concinnata. Coloniæ anno 1569. in 8.

*Heron, Alexandrinus, Mathematicus.*

Joſephus Scaliger in opuſculo poſtumo de re Nummaria, aliique poſt eum citant Heronis de Ponderibus ſeu de re Nummaria librum nondum, quod ſciam, typis editum.

Iidem quoque plurimi faciunt fragmentum quoddam ejuſdem Heronis à Joachimo Camerario Papebergenſi Medico ex codice Budenſis Bibliothecæ depromptum.

*Hieronymus Cardanus, Mediolanenſis, Medicus & Philoſophus.*

Opus novum de Proportionibus Numerorum, motuum, ponderum, ſonorum, aliarumque rerum menſurandarum in libros V. digeſtum: De Regulis Algebricis, &c. Baſileæ 1570. in folio.

Adi quoque, ſi vacat, nuperam Lugdunenſem editionem omnium ejuſdem ſcriptoris operum in folio decem Tomis.

*Hieronymus à Touar.*

De Ponderibus Medicamentorum liber. Hiſpali in Bætica ex Officina Antoniana anno 1572. in 4.

*Jacobus*

*Jacobus Alemannus, J. C. & Scabinus Magdeburgenſis.*

Tractatus de jure, valore, mutatione, reprobatione, ſolutione & variis monetæ ſpeciebus. Item pœnis falſorum Monetariorum, &c.

*Jacobus Bornitius, J. V. D.*

De Nummis in republica percutiendis & conſervandis libri duo ex ejus Syſtemate Politico deprompti. Hanoviæ typis Wechelianis 1608. in 4.

Ejuſdem Ærarium, ſive Tractatus de ærario ſacro, civili, militari communi & ſacratiori Francofurti anno 1612. in 4.

*Jacobus le Clerc, Judex Gardiator, ut vocant, Monetæ Pictavienſis.*

*Recueil d'aucuns Edits, Declarations, Lettres patentes & Arreſts du Conſeil d'Eſtat & Privé de nos Roys, touchant la ſouueraineté & Juriſdiction privative & cumulative de la Cour des Monnoyes, Juges, Gardes, Officiers & Juſticiables d'icelle.* Pariſiis an. 1635. in 4.

*Jacobus Capellus, Miniſter Calvinianæ ſectæ & Profeſſor Sedanenſis.*

De Ponderibus Nummis & Menſuris libri quinque, Francofurti annis 1605. & 1606. in quarto duobus tomis apud Lævinum Hulſium, cum Miſcellaneis ad rem Nummariam & Ponderariam pertinentibus.

*Jacobus Menocius, J. C.*

Duo ejus conſilia ad rem Nummariam ſeu Monetariam ſpectantia libri I. 48. & librii II. 138. edidit Budelius pag. 702. ſuæ Collectionis.

*Jacobus de Puteo, J. C.*

Diſputatio in materia Monetaria mutationis, quæ teſte Simlero habetur in tractatu Alberti Bruni de augmento & diminutione Monetarum, de quo ſupra.

*Jacobus Sylvius, Ambianenſis, Medicus.*

Commen-

Commentarios ſcripſit in epiſtolas Angeli Politiani ac nominatim in ep. 1. libri X. ad Franciottum Urſinum, in qua nonnulla ab Angelo de ponderibus & Menſuris annotata correxit. Pariſiis in folio anno 1519. apud Jacobum Aſcenſium Badium.

Idem libro III. Methodi componendorum Medicamentorum tractat de ponderibus & menſuris, quæ in uſu ſunt apud Galenum & recentiores Medicos: & in principio Annotationum in Meſuæ Antidotarium quædam præfixit de menſuris & ponderibus Meſuæ conſuetis.

*Jacobus Tirinus, Antuerpianus, Societatis Jeſu Theologus.*

In Prolegomenis ad eruditiſſima Commentaria in ſacram ſcripturam agit inter cætera I. de Antiquis Hebræorum, Græcorum, Romanorum, Ponderibus ac Monetis collatis cum modernis Italorum, Gallorum, Hiſpanorum, Belgarum, &c. II. de Menſuris ſeu vaſis eorumdem. III. de Menſuris longitudinum, &c. Antuerpiæ anno 1632. in folio tribus tomis, apud Martium Nutium.

Eædem obſervationes extant, tum in Apparatu Briani Waltoni ad Biblia ſua Polyglotta Londini anno 1659. pluribus tomis excuſa, tum in Bibliis, ſive quæ dicuntur Magna, quinque Tomis majoribus Pariſiis anno 1644. editis, ſive quæ Maxima Verſionum & Annotationum appellari placuit, in eadem urbe Pariſienſi publicatis atque in Tomos XIX. diſtributis apud Dionyſium Bechet, Ludovicum Billaine, Antonium Bertier, & Simeonem Piget anno 1660. neutrobi tamen præfixo ipſius Tirini nomine quod ratio poſtulabat & ſumma æquitas.

*Jacobus Waræus.*

Nonnihil ſcripſiſſe dicitur de Monetis, ſed non vidi.

*Joachimus Camerarius, Papebergenſis, Profeſſor Lipſienſis.*

De Numiſmatis, ſeu Moneta veterum Græcorum &

Latinorum, cum Xenophontis libello de re Equeſtri Latinè reddito, proprioque ejus Hippocomico. Tubingæ in 8. anno 1539. apud Ulricum Mochardum deinde anno 1560.

*Joachimus Mynſingerus, Germanus, J. C.*

Obſervationes ejus ad valorem monetæ pertinentes exhibet Budelius pag. 795. ſuæ collectionis.

*Joachimus Vadianus, Helvetius Medicus.*

Epiſtola ad Rodolfum Agricolam Rhetum juniorem ſcripta, ubi explicatur locus apud Plinium de Dodrante & Pygmæis, de longitudine Gabbaris & quid ſit Uncia apud eundem. Extat cum ejuſdem Philologi commentariis in Pomponium Melam Viennæ Auſtriæ, anno 1518. Pariſiis 1530. Baſileæ apud Cratandrum, &c.

*Joannes Antonius de Rubeis, Alexandrinus, J. C.*

Conſilium ejus ordine CXLVIII. quod tractat de Monetis extat cum aliis pag. 681. Collectionis Budelianæ.

*Joannes Aquila, utriuſque Juris Interpres & Profeſſor Tubingenſis.*

De poteſtate & utilitate Monetarum Tractatus ad Joannem Stœfflerinum editus eſt in 4. Norimbergæ anno 1542. in 4. apud Joannem Petreium cum Gabrielis Byel & Bilibaldi Pirckheimeri tractatibus Coloniæ anno 1551. apud Mameranum, pag. 10. Collectionis Boyſſianæ & pag. 413. Budelianæ.

*Joannes Arphus, Legionenſis.*

*Cuilatador de la plata, oro, y piedras, compueſto por Joan Arphe de Villaſanne natural de Leon, vezino de Valladolid.* Madriti in 8. anno 1558. apud Guillelmum Drovy & poſtea Valliſoleti apud Alfonſum & Didacum Fernandem Cordubenſem in quarto anno 1572.

*Joannes Bapt. Egnatius, Venetus.*

Vide Annotationes in Auguſtum Suetonii tum ſeorſim editas

editas tum in collectione variorum Commentarii. In vitas XII. Cæſarum.

*Joannes Baptiſta Villalpandus, Cordubenſis, è Societate Jeſu.*

Poſt ejus atque Hieronymi Pradi ex eadem Societate Theologi doctiſſimos in Ezechielem prophetam Commentarios, parte altera Apparatus à pag. 249. Tomi III. extat de Hebræorum ponderibus numiſmatis atque menſuris tractatus ampliſſimus, multiſque Mathematicis demonſtrationibus munitus, ac tabellis ponderum, proportionum, &c. decoratus, unde alii poſtea largiter hauſerunt. Romæ in folio apud Carolum Villietum anno 1604.

*Joannes Bodinus, Andegavenſis, J. C.*

*Diſcours de Jean Bodin ſur le rehauſſement & diminution des Monnoyes, tant d'or que d'argent, & le moyen d'y remedier & reſponſe aux Paradoxes de M. de Maleſtroict.* Pariſiis 1578. in 8. apud Jacobum du Puys.

Latinè extat redditum hoc opuſculum pag. 751. Budelliani Syntagmatis hocce titulo donatum; Tractatus de augmento & decremento auri & argenti, & quomodo ei occurrendum ſit: quo reſpondetur Paradoxis Domini de Maleſtricto, ad Dominum Prevoſt Dominum de Morſam Regium Præſidem in Curia Parliamenti. An editus ſit ſeorſim nondum comperi.

Libri ſexti de Republica capite ſecundo prolixè agit idem Bodinus de Ærario & cap. 3. de re Monetaria, quibuſque legibus nummorum depravationi occurratur. Proſtant ubique libri illius exemplaria Latina, Gallicaque, nec duo mox laudata capita omiſit in ſua collectione Budelius: vide pag. 734. & ſequentes.

*Joannes Buteo, Delphinas.*

Inter ejus opuſcula extant de libra & ſtatera libellus: alter de fluentis atque menſura: tertius de ponderum inter

M ſe

ſe congruentium forma: quartus de margaritarum pretio. Lugduni apud Thomam Berrellum 1554. in 4.

*Joannes Cæphalus, Ferrarienſis, J.C.*

In libro I. Conſiliorum excuſum habetur ordine XXXI. ad rem Monetariam pertinens pag. 730. Budelianæ collectionis.

*Joannes Camerarius, Dalburgius, Epiſcopus Wormatienſis.*

Scripſiſſe librum unum de Moneta ſive de origine & ratione Monetæ teſtatur Joſias Simlerus in Epitome Bibliothecæ Geſnerianæ; ſed ubi editus ſit ille liber non aperit, nec memini me vidiſſe uſpiam. Eum quoque addit claruiſſe anno 1490.

*Joannes à ChoKier, Patricius Leodienſis & J. V. D.*

Tractatus de re Nummaria priſci ævi, quæ collata ad æſtimationem monetæ præſentis ad Hiſtoriæ cum profanæ tum ſacræ intelligentiam non parum utilis. Leodii apud Chriſtianum Owerx 1619. in 8. & anno ſequenti Coloniæ apud Joannem KincKium eadem forma: tum 1621. Antuerpiæ apud Belleros, niſi forte ſit eadem editio à Bibliopolis, ut ſæpe fit, deformata.

*Joannes Dovet, Dominus de Rom-Croiſſant.*

*Aduis au Roy pour oſter le moyen aux meſchants de contrefaire ſes monnoyes & dimineur la bonne de ſon poids, &c. par Jean Doüet Eſcuier.* Pariſiis 1634. apud Joannem Laguehay in 8.

*Au Roy ſur le ſujet du rehauſſement de ſes Monnoyes du mois de Mars* 1636. Pariſiis 1636. apud Michaëlem Brunet in 8.

*Joannes de la Haye Pariſienſis, O. M. Lector Emeritus, Concionator Regius, &c.*

Vide ſupra v. Jacobus Tirinus, cujus Tractatum de Ponderibus Monetis & Menſuris integrum excudendum curavit in Bibliis Magnis Maximiſque, una cum Chronico ſacro, aliiſque ejuſdem eruditiſſimis opuſculis.

*Joannes*

*Joannes Fredericus Gronovius.*

Commentarius de Seſterciis Daventriæ Typis Conradi Thomæi anno 1643. in octavo. Prima hæc editio plurimum differt ab altera quæ poſtea prodiit.

Joannis Frederici Gronovii de Seſterciis: ſeu Subſecivorum pecuniæ veteris Græcæ & Romanæ libri quatuor. Acceſſerunt L. Voluſius Mætianus, J. C. & Balbus Menſor de Aſſe. Item Paſchaſii Groſippi, hoc eſt Gaſparis Scioppii, Tabulæ nummariæ. Amſtelodami apud Elzevirios 1656. in 8.

*Joannes Henricus Alſtedius.*

Encyclopædiæ libro XIV. & quibuſdam aliis in locis tractat de Monetis Ponderibus & Menſuris: Excuſa eſt duobus tomis in folio Herbornæ Naſſaviorum anno.

*Joannes Kitzelius, J. C. Procancellarius, Academiæ Gieſſenæ.*

Tractatus poſtumus de jure monetarum, in quo univerſum monetæ jus controverſiis accuratè diſtinctum ad praxim Hodiernam ſummo ſtudio & labore accommodatum atque juxta normam Juris Cæſarei, Pontificii & Pragmaticorum Imperii Romani ſanctionum deciſum exhibetur nunc primum in lucem editus & Notaminum quorumdam utcumque tornatus interventu per Willelmum Antonii Frenudeberg. Marpurgi Cattorum typis & ſumptibus Caſparis Cherubini an. 1632.

*Joannes Mariana.*

Tractatus de Ponderibus & Menſuris Toleti in 4. annò 1599. apud Thomam Guſmanium, & apud hæredes Joannis Aubrii Francofurti 1611. typis Wechelianis in 8.

Ejuſdem Diſputatio de mutatione Monetæ in XIII. capita diſtincta extat cum aliis quibuſdam ejus opuſculis excuſa Coloniæ apud Antonium Hieratum anno 1609. in folio

folio & typis Wechelianis 1611. in 8. Moguntiæ quoque Typis Balthaſſaris Lippii anno 1605.

*Joannes Phelippæus, Andegavenſis è Societate Jeſu.*

Quid Ceſeph, ſive quid Argentei Siclive aptati ad monetarum nobis cognitarum rationem: & quid etiam Ceſeph, Libra & Talentum. Item quid corus & dimidius corus & quid Gomor in menſura, præſertim Aridorum, tum quid Nebel in liquidorum menſura. Vide verſum ſecundum capitis III. Oſeæ prophetæ Commentariis illuſtrati in folio anno 1636. Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoiſy.

*Joannes Regnaudi, Avenionenſis, J. C.*

Tomi XII. Tractatuum Juris Gregorii XIII. Papæ juſſu Venetiis anno 1584. excuſorum pag. 206. extat Joannis hujus Regnaudi Tractatus de Monetis, & num debeat inſpici valor tempore contractus vel ſolutionis, vel moræ, & pag. 223. de Menſuris & quorum auctoritate mutentur.

Primus verò ex iiſdem Tractatibus habetur pagina 71. Boyſſianæ & pag. 462. Budelianæ Collectionum.

*Joannes Ruellius, Sueſſionenſis, Medicus.*

Poſt Hippiatricorum libros à ſe juſſu Franciſci I. Chriſtianiſſimi Francorum Regis Latinitate donatos addidit Diodori antiqui ſcriptoris brevem tractatum de Ponderibus & menſuris Latinè dumtaxat, addiditque ex rei veterinariæ ſcriptoribus pondera & menſuras Galeni. Pariſiis in fol. an. 1550. apud Simonem Colinæum.

Libro I. de natura Stirpium capite 16. ſcripſit de menſuris quibus longitudines herbarum demetimur Lutetiæ 1536. apud Simonem Colinæum & Baſileæ 1537. apud Frobenium in fol. Additur à quibuſdam etiam Tractatus de rationibus ponderum. Verum illum hactenus non vidi.

*Joannes Vaſquez de Sorna Hiſpanus.*

*Libro*

*Libro intitulado, Redutiones de oro, y ſenorage de plata con las reglas y tablas generales de lo uno y de lo otro, compueſto, por Joan Vaſquez de Sorna vezino de la Ciuidad de Cadix.* Gadibus 1620.

*Joannes Wolgangus Hillerus.*

Vide ſupra v. Bartolomæus Volcmarus.

*Jordanus Brunus.*

De triplici minimo & menſura. Francofurti anno 1591. in 8.

*Jordanus Nemorarius.*

Propoſitiones ejus tredecim de Ponderibus apud Joannem Petreium Norimbergæ excuſæ an. 1533. aliaque ejus opera ad Mathematicas diſciplinas ſpectantia noſtri non videntur inſtituti, quemadmodum neque Jacobi Fabri Stapulenſis in eas Commentarii.

*Joſephus Juſtus Scaliger, Julii Cæſaris à Burden filius, Agenni ad Garumnam natus.*

De re Nummaria diſſertatio: liber poſtumus ex Bibliotheca Academiæ Lugduno-Batavæ editus à Willebrordo Snellio. Lugduni Batavorum ex officina Raphelengii 1616. in 8.

*Joſias Simlerus, Tigurinus.*

Vocabula rei Nummariæ ponderum & menſurarum Græca, Latina, Hebraica, Arabica, ex diverſis auctoribus collecta & in ordinem Alphabeticum diſpoſita. Tiguri apud Froſchoverum anno 1584. in 8. una cum Dominici Maſſarii libris tribus de eodem argumento, &c. Idem illud Lexicon ſuppreſſo ejus nomine prius fuerat editum cum Dictionario Latino-Germanico Joannis Friſii Tigurini ſæpius à Froſchovero edito in folio.

